

Bl. 59. 3.

ישׂרָאֵל

מִנְבָּל צֹר יְשׁוּעָתֶךָ

31

Sive
DISSERTATIO THEOLOGICO-PHILOLOGICA
DE

JESCHURUNE

eiusque
in Rupem Salutis suæ Delicto,

ad
illustrandum locum DEUT. XXXII; 15.

que,
annuente summo Numine,

P R A E S I D E

VIRO admodum Reverendo atque Celeberrimo,

D. THEODORO HASAEO,

S.S. Th. Doct. & P.P.O. ad B. Virginis V.D.

Ministro facundissimo,
Societatis Regiae Scientiarum Berol. Membro dignissimo,

Publico συναληθεύεται εἰς ἀγάπη examini subjicietur

ab

A U C T O R E

JOANNE OLPIO,

Coronâ-Montium Montano,

Futuro die Jovis, postridie Calend. Novembr. H.L.Q.S.

Bremæ, Typis Hermanni Christophori Jani, Illustr. Gymnasi Typogr. 1730.

*C. Michaeli pl. f.
Francf.*

*Maxime Venerabilibus, Dotifissimis, Celeberrimis, Facundissimis, Excellens-
tissimis, Amplissimis, summe Reverendis, Honoratissimis*

D. THEODORO HASÆO &c. &c., ut in titulo, PRÆSIDI meo
Gravissimo, Præceptori & *Hospiti* per quadriennium circiter mu-
nificentissimo, & inter alia ob lautissimam instructissimamque
Bibliothecam usibus meis haetenus patentem immortaliter de me
merito.

D. CONRADO IKENIO, S. S. Th. D. ejusdem in *illustri Bremensium
Gymnasio* Prof. P. Ord. & ad D. Steph. Pastori primario, ubique
laudatissimo, Præceptori meo, ut de me meritissimo, sic omni
& submissæ reverentia & tenerimi amoris cultu prosequen-
do.

D. JOANNI WICHELHAUSEN, Rei Bremensis publicæ Senato-
ri dignissimo, Magnario felicissimo.

D. HENRICO AHASVERO, S. S. Th. D. & ad D. Mariæ V. D.
Ministro fidelissimo, disertissimo.

D. ENGELBERTO WICHELHAUSEN, laudabilis *Seniorum Collegii*
Bremensis Membro meritissimo, Magnario florentissimo, Musarum
vere Mecænati, variis muneribus perinsigniter de me merito.

D. J. H. OVINIO, Cronenbergæ & Elberfeldæ in Ducatu Mon-
tensi V. D. Ministro Eruditissimo.

D. DITHMARO HACKMANNO, Cœtus *Waldensis* in Ducatu
Montium Pastori Primario, fidelissimo.

D. J. C. RUBELIO, Ecclesiae item *Waldanae* V. D. M. & Rever. *Classis*
Solingensis h. t. Inspectorij vigilansissimo.

D. JOANNI BERGHAUSEN, Negotiatori apud Cronenber-
genses solertissimo, naturâ Avunculo meo, consiliis & re vere
Parenti

*Præceptoribus, Fautoribus, Mecænatibus
Benefactoribus*

*optime de me méritis & in posterum meri-
turis gratum animum testaturus*

*hanc Dissertationem
sacram esse jubeo*

AUCTOR.

DISSERTATIONIS PHILOLOGICO - THEOLOGICÆ

ad Locum Deut. XXXII. vs. 15.

PRÆLIMINARIA.

Argumentum.

§. 1. Hominem Christianum imprimis decere sedulam circa passiones Christi occupationem, adstruitur. §. 2. Inde deducitur pretium operæ, quam tum Viri docti in Cruce Christi ex Vaticiniis V. T. erunda, tum Nos in eadem ex loco nostro deducenda collocavimus. §. 3. Subiectum, argumentum, Scopus, filum Cantici Mosaii, & sensus ejusdem propheticus extra controversiam ponuntur, qua fine variæ adducuntur Auctores in hanc rem consulendi. §. 4. Ordo dissertationis nostræ analyticus indicatur.

§. I.

Licet non facile inficias iyerim, omnia, quotquot sunt, Doctrinæ salutaris capita seriam cuiusvis hominis Christiani mereri meditationem, dubito tamen, at ullum illorum majori illam jure sibi vendicet, quam quidem istud, quod *passiones Sanctissimi Servatoris nostri* pertractat. Animus mihi neutiquam est, vario argumentationis genere istud h̄ic loci assertum atque adstructum ire, ceteroquin heic latissimum scribendi campum mihi intuerer aperatum. Verba mihi tum facienda forent de absoluta ipsius *necessitate*, quâ cuvis ad salutem scitu credituque summoperè fit necessarium. Dicendum mihi esset de insigni ex hac meditatione in nos redundantे *utilitate*, quatenus nimirum doctrina hæc non solùm fiduciam nostram, quam in Servatore nostro repostam habemus, maximè corroborat, verùm etiam præcipuum, imo unicum consolationis nostræ & in vita & in morte constituit argumentum, quia fortissimum præbet ad Christianarum virtutum strenuum exercitium calcar. Pugnare præterea h̄ic possenus cum illustri illo magni illius Gentium Doctoris Pauli *exemplo*, qui i. Cor. II. 2. exerte affirmat, se neque *scire* aliud, neque *profiteri* inter Corinthios de crevisse εἰ μὴ Ἰησὸν καὶ τὸν ἐστωμένον, nisi **JESUM CHRISTUM EUMQUE CRUCIFIXUM.** Præcipue verò urgendum hic denique esset, quod nullum Sanctioris doctrinæ dogma plus conserat ad impios *Judeos*, ἵχθες τῷ σενῷ τῷ Χειρὶ confundendos & convincendos, quam quidem istud ipsum, de quo nobis in-

A præ-

præsentiarum est sermo. Illorum enim majoribus, uti *Iesus crucifixus fuit καὶ προσκόμμεται καὶ πέτερος σταύρωσας*, ita ipsi quoque posteri in hodiernum usque diem *crucem Christi inter gravissimas prætendunt causas*, ob quas à confessione religionis nostræ se profiteantur alienos, præcipue, quod illam cum fide vaticiniorum conciliari non posse sibi videantur persuasi. Ex eo saltem patere liquidissimè posset, respectu Salutis atque conversionis istorum quovis modo promovendæ, homini cuivis Christiano nil prius, nil posterius esse oportere, quam ut omnes curas atque meditationes suas illuc dirigat, quod miseri isti homines ex *vaticiniis Veteris Testamenti* convincantur, *Messiam non solum talia, quæ passus fuit, pati, verum etiam crucifigi ex effato oraculorum divinorum necessarium debuisse.* Verum ne jam à linine extra oleas vagari videar, alia nunc id genus argumenta lubens prætereo, quæ facili alias negotio hic prolixè coacervari possent, si quidem vel Iliada post Homerum scribere constituissimus, vel aliis præterquam *ā τῷ παρόδῳ* recensitis ratiunculis assertum nostrum indigeret.

¶ 2.

Quod si itaque res ipsa loquitur, *passiones Servatoris nostri cuiusvis hominis Christiani seriam mereri meditationem*, adeoque nec infinitam sacræ hujus occupationis partem in eo esse sitam, ut non solum easdem in genere, verum etiam *supplicium crucis in specie ex Vaticiniis V. T.* eruere allaborémus, ecquis tum debita sua laude defraudaret præstantissimos illos præclaris nominis Theologos, qui omnem suam diligentiam atque operam in hujus postremi veritate demonstranda impendere non dubitarunt. Nominasse inter illos cummaximè sufficiet bina illa, dum superarent, Ecclesiæ nostræ splendidissima lumina, *COCCEJUM scilicet & VITRINGAM*, quorum prior istud egit in *Commentariis suis Biblicis passim*; posterior vero præcipue in *OBSERV. SACR. LIB. II. CAP. IX.* toto. Ego saltem uti persuasissimus sum, insignes hosce Viros eō ipso rem planè insignem præstítisse, ita minimè quoque inutilem memetiplum suscepturnum esse laborem arbitror, si vestigia ipsorum eminus legens idem quoque de loco illo, quem in rubrica dissertationis nostræ ex *DEUT. XXXII. 15.* notavimus, evincere allaboravero. Præcipue quoniam ille nostrâ quidem sententiâ ita-

cit

(3)

est comparatus, ut notionibus Radicis נֶכֶל probè examinatis, non modò τὸν ξεῖσον παθήματα in genere, verùm etiam *Supplicium crucis* in specie perspicue in eo prædicta deprehendantur. Istud itaque uti à nemine unquam, quantum nobis quidem scire datur, ex professo haec tenus fuit tentatum, ita nobis eò magis id negotii nunc datum esse credidimus, ut asserto huic quantum pote fidem facere anniteremur.

§. 3.

Eò tamen priusquam descendamus, expectabitur forsan à nobis, ut in antecessum nonnulla, tum *subjectum*, tum *argumentum* hujus cantici propheticum, tum *scopum* Spiritus Sancti in ejus traditione intentum, tum *filum* ejusdem concinnum, cumque eodem verborum nostrorum aptam *coherentiam* concernentia fundamenti loco præstruamus. Verum enim vero cum ipsimet facilè pervideamus, hæc nimis diu nos detentura, nimiumque pauculis dissertationis nostræ plagulis præscissura esse spaciū, si in iis adstruendis vellamus esse prolixī; hinc nunc quidem acquiescere malum in otii illis, quæ hac in re nobis fecerunt quamplurimi, qui in hoc cantico explicando gnavoriter desudarunt, peregregii Interpretes. Præ aliis hic in censum merentur referri Celeb. COCCEJUS in *Ultimis Mosis* Tom. I. opp. BURMANNUS in *Laboribus Exeget.* in *Pentat.* HEIDEGGERUS in *Signis temporum*, HAMERUS contra Ridderum, Cl. TILLIUS in *Phosphoro*, D'OUTREIN ad LYDIUM in CANTIC. & in primis Vir Rever. atque Doct. RAVENSTEINIUS, V.D.M. Swollensis, cuius commentarius in hoc Canticum Belg. Ling. conscriptus, nec vulgari curâ elaboratus prodiit Swollæ 1728, in forma, quam dicunt, quater complicata.

§. 4.

Ad rem potius ipsam nunc pedem promoventes, ut concinno, quantum pote, progrediamur ordine, hoc, quicquid est, meditationum in *duo* dispescemus *Capita*:

I. *Priori* Capite agemus de PERSONA, quacum Moses de certo quodam peccato in textu nostro expostulat, quæque sub initio versus nostri isti יְהוָה יְשׁוּעָה JESCHURUNIS nomine insignitur. Hanc considerabimus

A 2

A. One

A. Onomatologice, id est, *andino* ut *quidam* *versio*

¶ Variantes hujus nominis *versiones* paucis lustrabimus.

¶ Etymon illius eruemus, idque ita, ut

* pricipias aliorum de eo *sententias* cum subjuncta episcopi enumeremus.

¶ novam nostram de eodem conjecturam Lectoris judicio exponamus,

B. Pragmatologice, id quod tribus verbis fiet

¶ ostendendo, quis *in genere* hoc nomine in saeris plurumque veniat.

¶ Quis *in specie* in pericopa nostra sub eodem indigitetur.

II. Posterior Caput versabitur circa EXPOSTULATIONEM ipsam, idque in duas iterum *Sectiones* erit divisum.

A. Prior sistet OBJECTUM, in quod delinquisse arguitur Jeschurun, quodque audit צור ישועתו RUPES SALUTIS SUÆ. Hoc iterum nomen

* paucis lustrabimus, quoad *vim vocum*, unde componitur.

¶ Messiam hoc loco sub illo latere probabimus.

¶ Eidem istud applicabimus, ostendendo
* *in genere*, cur appelletur צור ישועה RUPES SALUTIS.

¶ Cur *in specie* relatè ad Jeschurun dicatur צור ישועתו
Rupes Salutis SUÆ.

B. Altera Sectio ipsum illud atrocissimum Jeschurunis SCELUS in rupem Salutis sue admissum, subque voce expressum exhibebit, idque iterum hoc ordine.

* in genere ex variis hujus Radicis notionibus loco nostro applicatis varia itidem scelerum genera passiones Messie generatim concernentia eruemus.

¶ in specie mortis genus, supplicium scilicet crucis, à Messia perferendum ipsa hac voce percommode significari posse, adstruemus.

y. Ipsam quoque resurrectionem Servatoris tacite h̄c insinuari, verosimile esse, suspicabimus. Et denique

¶ objectioni cuidam obviam ibimus, eoque dissertationi nostrâ coronidem imponemus.

Quod

Quod Deus bene vortat!

DISSERTATIONIS PHILOLOGICO-
THEOLOGICÆ,

ad

Locum DEUT. XXXII. 15.

CAPVT PRIMVM.

Sistens

Personam קָרְנֵי יְהוָה יְשָׁרָן

ARGUMENTUM.

§. 1. Inchoatur *A*, ab Onomatologia vocis יְשָׁרָן, eumque in finem נ variantes ejusdem versiones & præcipue Versio Alexandrina excutuntur. §. 2. ב Transtur ad etymon hujus nominis indagandum. Hic a triplex aliorum de eo sententia exanimanda sumitur, a illorum, qui à רַאשׁ, §. 3. b illorum, qui à רַיִשׁ, §. 4. c Cl. Michaelis, qui à שֶׁרֶת, originem ejus arcetunt. §. 5. β nova de etymo hujus vocis affertur conjectura. §. 5. B. גָּדוֹלָה Pragmatologicè consideratur, ostenditur que paucissimis, נ quis in genere sub hoc nomine in Sacris veniat, ב quis in specie nostro in loco per illud indigitetur.

§. I.

Persona, ut inde exordiar, quam Moses ut strenuissimus optima Dei cause in hoc cantico patronus atrocissimi cuiusdam sceleris incusat, sub initio versus nostri appellatur JE SCHURUN. Ejus in propiorem ut penetremus notitiam, nonnulla onomatologiam ejus spectantia hic omnino nobis erunt præstruenda. Nihil itaque abs re nostra alienum nos facturos existimamus, si versiones hujus nominis admodum variantes in antecessum tribus verbis perlustraverimus. Variantes, quas dico, versiones ne mirere, quippe quarum tanta est discrepancia, quantam quoque esse circa etymon, statim sumus visuri. Quidam enim hoc nomen in versionibus suis planè omiserunt, ut LUTHERUS & BELGÆ. Cujus rei ratio procul dubio non alia est, quam quod idem illud esse judicarent cum יעקב, quod vi. 9. hujus Cantici memoratum & Jes. XLIV. 2. cum ipso hoc nomine combinatum legebant. Alii,

A 3

iique

٦٣

si que non pauci in versionibus suis intactum hoc nomen reliquerunt, vel quod etymon illius ipsis esset ignotum, vel quod tamquam purum nomen proprium considerandum esse autemarent. Alii ex similitudine literarum initialium de Persona hic indigetata judicantes eidem nomen **ישראל** aut **יְהוָה** substituerunt. Sic **Judei MAURITANIENSES** وَكَانَ فِي الْبَهْوَنِ سُلْطَانٌ impinguata est Gens **JUDAICA**. Item Cap. XXXIII. vi. ۵. سُلْطَانٌ

Et erat in JUDÆIS Rex. Eodem quoque modo reddunt Jes. XLIV. vi. 2. R. SAADIAS Gaon Deut. XXXIII. 26. & Jes. l. c. ipsum nomen **ישראל** substituit. Quibus & CHALDÆUS, SYRUS & tantum non omnes **Judaorum Magistri** suos addunt calculos. LXX. INTERPRETES omnibus in locis יְהוָה reddunt per ήγεωμένον. Hos secuta videtur VULGATA, quando in h. l. reddit per dilectum, uti in aliis locis substituit rectum sive rectissimum. Quod si quis nostro in loco dilectum quoque pro directum vitiore positum esse cum C. à LAPIDE, CAJETANO apud Lorinum aliisque contendat, ei equidem non multum refragabor. Unde LXX. & cum illis VULGATA versiones suas deduxerint, EUGUBINUS nos fatetur neesse. Cl. TILLIUS in Phosphoro ad locum nostrum versiones LXX. Viralem & Vulgatam adducens p. 57. ait: *Quomodo illud interpretamentum ex voce יְהוָה derivent, videant earum versionum Patroni. Ego etsi versionum harum patrocinium in omnibus suscipere in me nolim, si tamen conjecturæ esset locus, totum, quantum est, negotium hoc modo facilè conjectum putem, si nimirum statuat, quod Versio VULGATA à LXX. Virali decepta exinde deligitum quoque suum, dilectum inquam, si quidem hæc vera esset letatio, mutuum desumferit; LXX. vero INTERPRETES Radicem יְהוָה versioni sue fundamenti loco supposuerint, eo tamen sensu, quo notare videtur placere, id est, rectum videri, approbari, qua quidem notione יְהוָה usurpatum legitur Psalm. CXIX. 128. & I. Chron. XIII. 4. atque tum fere semper cum בְּעִינַת in oculis constructum reperitur. vid. STOCKIUS in Lexic. sub Rad. יְהוָה Jam verò, quod placet, approbatur, illud etiam est gratum, illud amatur, illud diligitur, atque ita foret ήγεωμένον, id est, approbatus, amatus, dilectus &c. Saltem τοις δια talen aliquam notionem in hac radice, aut cum ea cognatis animadvertisse, indicio.*

dicio est nomen montis שְׁרוּן Psalm. XXIX, 6, quod itidem per
syamperov reddidere. * Cum Versione LXX Virali & VULGATA qua-
dantenus facere videtur SAADIAS Gaon, qui iisdem procul dubio
nexus fundamentis יְשָׁרוֹן nostro in loco reddit laudatum & Cap.
XXXIII. 5. في الموصدة in laudibili, versu tamen 26to eit. Cap. ut
& Jef. XLIV. 2. ipso ISRAELIS nomine retento, prout paulò jam
ante est monitum. Plures nunc adducere versiones supersedeo,
superpondii tantum loco adhuc observans, omnes hasce & addu-
ctas, & statim adhuc sparsim adducendas versiones sono tantum
literarum inter se se dispare, atque uti ad rem significatam ad
unam omnes esse accommodatas, ex dicendis patebit, ita discre-
pantium earum nonnisi ex Variantibus de etymo sententiis videri
prognataam.

§. II.

Progedimur igitur nunc secundum filium, quod nobis ipsis
præfiximus, ad ipsum hujus nominis *Etymon* curatiū contemplan-
dum. Omnes Virorum Doctorum de eo sententias, sive, ut re-
ctius dicam, tricas recensere, id nimis foret prolixum, nec no-
stri quoque instituti istud ratio permittit. Ex multis tamen tres
potissimum

* Quod si haec conjectura ad palatum non fuerit, aliam adhuc trutinandam pro-
pino. An scilicet hanc versionem non desumserint ex Rad. Arab. ^{لَبَّ} bilarem,
^{لَاتِعْ} latumque reddidit. pass. *latus*, *lubens*, *bilaris*, item *gratus* & *acceptus*
~~لَجَانِي~~ fuit, unde phrasis ^{لَبَّ} وَاللَّسْرُ فِي, ^{لَبَّ} *boc mibi placet*, *gratum*, acce-
ptum est, apud Arabes usitatissima. Saltem, quando Jerem. III, 17. شَرَرُوتْ لَبْ
per ^{مَنْدِي} ^{كَوَافِرْ} reddunt, hujus radicis notionem respxiſe videntur.
An recte illud transtulerint, nunc non inquiero. Eatenus ^{لَبَّ} bene
ab illis per *אֲגִתָּה* vertitur, quatenus nimirum ex Arab. ^{لَبَّ} haec vox *letitiam*
notat, & quidem talem, quæ in malam partem sumita cum *protervia* atque *im-
pietate* coincidit. Stylo enim Orientis phrasin *letum esse*, idem velle ac *pro-
tervum*, *petulantem esse*, multis exemplis probatum dedit *Eximium Acad. Leid.*
de cœlo, o Agustinius SCHULTENS in off. ad Job. p. 116. Secus vero lon-
gè rectius vi radicis ^{لَبَّ} phrasin hanc ^{لَبَّ} per *malitiā cordis* ex-
presseris; hanc enim propriam hujus vocis vim esse, infra docebatur ad §. 5. in-
motio;

potissimum, quæ prima quidem specie insigni se commendant probabilitate, nec tamen omni vacant difficultate, sine examine dimittere non possumus.

Prima est illorum, quos inter quoque est *Magnus ille*, & ἐν ταῖς γράφαις δύοτος COCCEJUS & qui eum sequuntur, qui volunt, ἔσθιεν esse 3, perf. pl. masc. fut. Kal à Rad. Ἀδσπικε, contemplari, accidente in fine, ut sèpè huic formæ contingere dicunt, paragogico, ob quod, tono in ultimam migrante, vocalis longa sub præformante futuri corripiatur, & ἐνθωνίας ἔνεκα Kibbutz loco Schurek adhibetur: Atque hac ratione πόλις Ἰσραήλ propriè velle populum adspexit sive visionis: ita autem populum Israeliticum cognominari, vel ob visionem gloriæ & præsentie divinæ præcipue in promulgatione legis, vel ob adspicuum Dei ipsius in carne aliquando manifestandi. Non quidem negare possumus, hanc sententiam eatenus ad palatum esse, quatenus nempe tum circa etymologiam analysi Grammaticæ analogiam sequitur, tum quoque in denominatio-nis addita ratione talem adfert significatum, qui populo Israelitico, qua tali, ad amissim competit: quo minus tamen eidem pollicem premamus, tres nobis præcipue sunt rationes. α.) Quia significatus verbalis, qui ab istius sententiae Patronis huic voci tribuitur, quemque etiam πόλις Ἰσραήλ extra contextum mentitur, ne-xui non est conveniens, id quod cuivis notionem πόλις Ἰσραήλ verbali-ter usurpare tentanti ex ipsa locorum inspectione ad oculum patebit. Nolim tamen hoc nimis urgere, cum in nominibus propriis istud non raro obtinere constet, quemadmodum & me monuit Doct. HILLERUS in *Onomast.* pag. 219, seqq. β.) Quoniam hoc modo violenta admodum invehernetur Ellipsis, objecti nimirum visionis populi Israelitici, sive illud sit Deus ipse in deserto ipsi sub vi-sibili specie apparsens, sive filius Dei in carne aliquando manifesta-tus, sive quæcunque denique res prædictæ in genere, ad quarum eventum videndum populus Israeliticus seriorum præcipue tempo-rum erat destinatus. γ.) Quia hac sententiæ admittit, nulla po-test ostendi ratio, cur Moses, vel si mavis, Spiritus S. per Mo-sen populum Israeliticum novo nomine insignitus ab istiusmodi visionis objectis *Populum Visionis* voluerit appellare. Cum enim antea istud nominis de populo Israelitico adhibitum non legamus, hinc

๔๕ (9) ๔๖

hinc utique fit maxime verosimile, Mosen hic tale aliquod nomen efformare voluisse, cuius significatus istiusmodi denominationis rationem involveret, quæ & scopo suo & personæ cognominandæ esset aptissima. Illam verò in allata sententia contineri, mihi equidem, qua sum cœcitate, perspicere non est datum.

§. III.

Quare hac sententia missa, pergamus ad alteram non minus ulteriori examine dignam: Illam scilicet, quæ ^{וְיָשַׁר} יִשְׁרָאֵל derivat à Rad ^{שָׁרֵךְ} rectum esse vel videri, quæque adeo ratione etymi populum rectum innuere contendit.

Militant pro hac sententia non solum quam plurimæ Versio-nes, v. g. SAMARITANA, VULGATA, itemque AQUILÆ, SYMMACHI, THEODORETI, ἐνθεος & ἐνθύταρος redditum; Verum etiam non pauci magni nominis Theologi illam adoptare non dubitarunt. Nomen inter illos cum maxime merentur Cel. VITRINGA in Comment. ad Jes. XLIV. 2. & HILLERUS in Onomast. p. 193. & p. 854. Causam si rogentur, cur populus Israeliticus dicatur *rectus* sive *rectulus*, nomine, ut videtur, nimis honesto, quam ut Jacobidarum multitudini possit vel debeat adaptari, illa ipsis in promptu est. Prætendunt scilicet, nomen hoc illi impositum esse $\alpha)$ per antiphrasin, quia populus hic *minime rectus* erat, vel $\beta)$ quia talis videri voluerit professione integritatis & *restitutinis* vitæ & morum, vel $\gamma)$ ita appellari cum respectu ad primam institutionem, cuius jure quoque Jes. XLII. 19. ^{מִשְׁלָכָם} audiat, quatenus nempe in oppositione ad alios populos unica in orbe terrarum gens erat, quæ præ aliis tanquam perversis *restitutinis* laudem merebatur, quod & *rede* de Deo sentiret & *veram* profiteretur religionem, vel denique $\delta)$ ita dici posse cum respectu ad semen *verorum* Jacobidarum, quod in coetu Judaico conservabatur, secundum Jerem. II. 2. Jes. V. 1. seq. Vid. VITRINGA l. c. Non quidem diffitemur, hæc omnia primo intuitu admodum videri probabilia, vel ideo tamen, ut brevis sim, calculum nostrum illis non addimus, *tum* quia hoc modo Moses noster suo ipsius scopo plane fuisset contrarius: siquidem enim Populus Israel populus *rectus* meruisset appellari, *tum* non solum minus recte perversitas ipsius ab ipso carperetur, sed & ipsa rupis salutiferæ bona causa misere

B

hoc

hoc modo depravaretur, atque adeo præcellentia ipsius atque in omnibus rectitudo, quæ contra ingratum & perversum Israël secundum vs. 3. 4. 5. vindicanda erat, imminueretur multum, imo plane vacillaret, *tum* quia res ipsa loquitur, Mosen hoc loco non dicere voluisse, quid Israel fuerit professione, *vel* qualis esse debuerit, aut revera fuerit vi adoptionis, *vel* per antiphrasim, qualis modo sit, nempe *minime rectus*; sed potius expressis verbis flagitia & sceleris spiritu prophetico ipsis exprobrare, quibus recalcitrando, Deum factorem suum deserendo & rupem salutis suæ vilipendendo semet esset alligatus, *tum* etiam, quoniam hoc pacto in verbis Mosis oppositum foret in apposito, nempe esse aliquem *rectum*, & tamen turpissimo atque iniquissimo modo à Deo suo deficere: quod tanto minus hic est prælendum, quoniam istud nominis hoc loco prima demum vice de Gente Israelitica usurpatum occurrit, adeoque ex tali quoque ratione procul dubio Israeli inditur, quæ ipsi, utut flagitiosissimo, omnibusque sceleribus deditissimo nihilominus erat convenientissima. Id quod præcipue tanquam sententia huic maxime contrarium urgemos, cum cæteroquin non facile inficiatum iverim, etiam Populum Israëliticum *vel* per *אָרֶת-פְּגַעַת rectum* appellari potuisse, licet minime talis esset, *vel* ipsum quoque, licet postea in detortam atque depravatam abierit progeniem, vi tamen primæ institutionis, *vel* respectu professæ *integritatis verae* religionis *reapte rectum* fuisse, adeoque & appellari potuisse. Nihil etenim est vulgatus in omni lingua, quam nomina rebus aut personis secundum primam statū sui institutionem adaptari. Videri in hanc rem potest Cl. VITRINGA ad ll. cc. Jef. XLIV. 2. & imprimis ad Jef. XLII. 19. in notis.

§. IV.

Tertia denique de יִשְׂרָאֵל sententia, quam silentio hic minime prætereundam censuimus, est nova, eamque acceptam ferimus industriae Cl. J. F. MICHAELIS, qui etsi elegantissimam de *Jeschurunis natalibus* conscriperit dissertationem, nobis tamen hoc, quicquid est, spicilegii voluit esse relictum. Is aliorum de hoc nomine sententiis recensitis & pro viribus excussis, Sect. I. §. 13. hanc vocem apposite putat deduci posse à Rad. שָׁרֵה, ה radicali pro more abjecto, ' ab initio &] in fine ex Literis חָמְנִתִי adjectis, secundum

cundum easdem formationis leges, quibus analogum à Rad.
ירָה confessus fuit descendit, nisi quod in יִשְׁרָאֵל Kibbutz vicarium τὸ
Schurek occurrat. Considerat itaque יִשְׁרָאֵל tanquam nomen cum
Paronymum, & pro eo §. 15. Sect. 1, tum ex ἀναφελε textus, tum
ex genio accentuationis, tum ex præfixione ב Deut. XXXIII. 5. &
conjunctione cum יַעֲקֹב Jef. XLIV. 2, tum ex consensu plurimorum
virorum doctorum argumentatur. His denique quoad formatio-
nem præstructis, Sect. II. §. 18. Radici שֶׁרֶת tribuit notiones solvendi,
emittendi, dimittendi, liberandi, quibus venire putat Job. XXXVII. 3.
& Jerem. XV. v. ii. atque ita יִשְׁרָאֵל vertit per ἀπελεύθερον libertum,
libertinum, rationem denominationis petens ab edutione ac liberatione
stupenda populi Israelitici ex servitute Aegyptica, quam omnibus locis,
in quibus τὸ Ισραὴล occursit, accommodare adnititur §. 19. 20.
Sect. cit. Fatemur, hanc viri docti sententiam ingeniose excogita-
tam non levem probabilitatem habere speciem. Quo minus tamen
& illi subscribere possimus, ejus rei sequentes nobis sunt rationes,
(α) quoad formationem gratis affirmatur, quod יִשְׁרָאֵל ad Rad. שֶׁרֶת
descendat secundum illas leges, quibus יִדְוָתָן à יִדְוָתָן confessus est.
ירָה enim non à יִדְוָתָן, sed contraet à יִדְוָתָן dilectionem notante
derivari, evicit HILLERUS in Onomast. p. 10. 93. 415. & imprimis
p. 513. Imo si vel maxime יִשְׁרָאֵל descendenter à שֶׁרֶת secundum il-
las formationis leges, quibus יִדְוָתָן à יִדְוָתָן, tum aut istud ב debe-
ret mutari in ב, aut in locum ב abjecti ב Heemanticum inseri,
adeoque non deberet scribi יִשְׁרָאֵל vel שֶׁרֶת aut יִשְׁרָאֵל.
Verum neutrum horum obtinet: Ergo & grammatica ejus abhinc
deductio nulla est. Et (β) quod ipsam Radicis שֶׁרֶת allatam notio-
nem attinet, illa infirmo admodum talo nititur; Quippe Radicem
שֶׁרֶת apud Hebræos, solvendi, liberandi, dimittendi significatu gaude-
re, id nondum satis est evictum: Loca enim illa, ex quibus signi-
ficatus hic erui solet, contrarium plane suadent. Prior Job.
XXXVII. 3. תְּחִתָּה כָּל הַשָּׁמִים יִשְׁרָאֵל optime à JUNIO, TRE-
MELLIO, MERCERO, SCHMIDIO aliisque auctoritate Rabbi-
norum suffultis vertitur: sub universo cœlo dirigit eum, vel secundum

ARIAM, VATABLUM, ISIDORUM &c., directio ejus. (1) Posterior vero locus Jerem. XV. ii. אמר יְהוָה אָמֵן לֹא שְׁרוּךְ לְטוֹב si ex

(1) Ego, aliorum de hoc loco sententiis suo loco relictis, hæc verba in hunc modum vertere malim: *sub universo cælo micare* sive *coruscare* faciet *eam sc. vocem*, id est, tonitru. Hac enim notione Radicem **שְׁרַעַת** apud Arabes adhuc inventimus superstitem: quippe illis **شَرْعَةٌ** notat *splenduit*, *micuit*, *coruscavit* fulmen. à qua verbi notione **شَرِيعَةٌ** **سُمْشُرَّةٌ** **سُمْشُرَّةٌ** **جَوْفِي** splendidum Jovis sidus, **سُمْشُرَّةٌ**, id est, ob pulchritudinem nomen suum fortitum docet ALMAKRIZIUS in *Hist. Egypt.* Convenit quoque **شَرِيعَةٌ** & **شَرِيعَةٌ**, quod juxta ALJAUHARIUM & EBNOLATHIR inter alia quoque significat *coruscare*. Hinc procul dubio etiam Geminata **شَرِيعَةٌ** & **شَرِيعَةٌ** vel **شَرِيعَةٌ** **شَرِيعَةٌ** scintillas ignis denotantia Originem & significationem mutuam sumiserunt. An Dausenium Deaster Dushbara, qui secundum BOCHARTUM fuit Græcorum & Latinorum Δυσάγης, quique ab aliis *Bacchus* Βακχεύς, ab aliis vero *Mars* sive *Splendidum* aut *coruscans Martis Sidus* cenfetur, an (cinquam) & ille nomen suum hinc traxerit, illud anxiè nunc non disquir. Confusi in hanc rem potest POCOCKIUS ad *Abulfar.* p. 103. seqq. Quod si itaque, ut eò redeam, dicta hæc atque quantum pote firma ta versio nostra staret, tum hic fere sensus exinde profiliret: *sub universo cælo Splendescere* sive *coruscare* aut *micare* faciet Tonitru, id est, cum tonitruis sub omni Cælo coruscantia fulgura conjunget. Adeoque in hoc priori hujus Commatis temmate *fulgoris* descriptio generalior occurreret, eaque dein in posteriori ejusdem hemisphærio **כִּנְפּוֹתָה עַל** - **כִּנְפּוֹתָה** **חַדְרָה** & *Lux* ejus sc. *fulgoris*, vel si mavis, & *fulgor* cum tonitru conjunctum super alas terre. Saltem huic verborum explicationi nexus eorundem admodum favet. Postquam enim Jobus versu præcedenti in genere locutus fuerat de tonitru ejusque admirationem excitaverat, hinc jam in commatibus 4to & seq. illud distinctius diducit, atque per partes exponit, quo scilicet pacto eloquium Dei ex ore ejus exeat, ita sc. ut prius *fulgor* *sub totum cælum* emittat, atque inde *totum cælum* *coruscare* faciat, vñ. 3. dein vero ipsa terribiliter rugiens Dei vox sive tonitru succedat, vñ. seqq. 4. 5. quod præcipue etiam velificatur particula **אֲחַרְיוֹן** vñ. 4. post eam sc. *lucem*, hoc est, *fulgor rugit vox* &c. Ita vero loquitur Jobus ex proprio percipiendi modo, quippe sensus nostrarum fulgoris lucem, quam sonum tonitru percipit. Id quod & LUCRETIUS de Nat. Rer. Lib. VI. novit, quando ita canit:

Sed tonitru fit, uti post auribus accipiamus,

Fulgere quam cernant oculi &c.

Sic fulgorem quoque cernimus ante.

Quid

si ex vulgata vertatur sententia : dixit Jehovah : si non reliquum tuum in bonum , nulla plane laborat difficultate. (2) Atque hinc (γ) jam tertio loco patet , quid de allata denominationis ratione restet dicendum. Ipsa nimurum , ruente Radicis notione , sponte quoque sua ruinam minitatur. Quin imo si vel maxime illa staret , quænam , quæso , tum ratio esset , cur Moses tam ex abrupto in Educationem populi Israeliticæ ex Ægypto inciderit , ut inde eidem Jeschurunis , id est , ἀπελευθέρως imposuerit nomen ? Ne nunc dicam de allata hujus interpretationis ad omnia loca accommodatione , quam quidem Vir Cl. ita facilem judicat , ut manibus queat palpari , quamque vero ego , proh ! viſū debilitatem ! ne oculis quidem cernere possum .

B 3

§. V.

Quid LXX. INTERPRETES sibi velint , dum verba hæc reddunt : ὥστε καὶ τὸν ἄλλον ἐν τῷ οὐρανῷ σὺν ὅλῳ κατακύριον πρίνατος εἰς , il- lud equidem non video. Non male forsitan conjecterimus , si à Rad. שָׁרֵית principatum tenuit vel gesit , ἀπελευθέρως πρίνατος εἰς , יְהוָה nostrum ipsos derivasse , statuimus. Verum , ne quid nimis , tantum de hoc loco sufficiat .

(2) Quid si verterem : dixit Jehovah : si malum Tuum scilicet maledictio aut inimicitia tua , qua nimurum tibi maledicunt , inimici sunt , Te convitantur , non in bonum scilicet convertatur &c. ? quam prono tum omnia fluenter alveo ? quod vero שָׁרֵית malum , inimicitiam , maledictionem , convitum notare possit , illud liquidissime patet , tum ex collatione Rad. Arab. شَرٌّ & شَرٌّ malum fecit , improbus fuit . in Conj. III. male fecit alicui , adversatus fuit , malum improbumque dixit , malitiae arguit &c. vid. GOLIUS in Lex. Conf. idem in Rad. شَرٌّ quæ in Conj. III. contendit , rixatus fuit , denotat : tum quoque ex comparatione Vocum שָׁרֹת & שָׁרָה quæ apud Hebreos adhuc superstites inimicum , adversarium , malignum , hostem , inimicitiam , malitiam , &c. denotant , quæque adeo notionem suam pariter atque Originem procul dubio ab hac quoque radice hauserant. Quod si tamen ab Arab. شَرٌّ , Chald. Adscendit murum , affilivit , inflivit , impetum fecit , vim exercuit , hostilem scilicet in modum , hæc nomina malueris derivare , ipse nec multum repugnabo. Prolixius hæc omnia ducere , illud nostri non est instituti , neque etiam aliorum de hoc loco sententias confulere , aut excutere nunc luet , nec vacat . Hæc interea quoque de hoc loco as in וְאַתֶּן dicta sunt . Conferri quoque possunt ea , quæ supra ad §. I. in motis sunt observata .

Commissa itaque & hac cum aliorum de vocis hujus etymo-
sententiis, nunc quoque, *quid nobis de eo in mentem venerit*,
æquo lectoris judicio erit exponendum. Ego vero (ut paucis quo-
que hinc me expediam) istud nominis ex communi multorum
sententia à Rad. רַב derivatum malim, eo tamen cum discrimine,
ut non à notione, quâ *rectum*, sed quâ *opulentum*, *lautum esse*, *bonis*
affluere denotat, denominationem ejus arcessam. Hic vero signi-
ficiatus esti à Vulgo Lexicographorum non fuerit observatus, eun-
dem tamen huic Radici competere, Arabes edocere nos possunt.

poni possit, primo intuitu nondum video; Illam ad minimum nihil absurdum tam quoad deductionem Grammaticam, in qua præter ABEN ESRAM longè plurimos Christianorum Interpretum habeo consentientes, quam etiam quoad denominationis afferenda rationem continere, ex sequentibus cuivis fiet manifestum.

¶ *Enim quoad formationem*, si quidem his tricis ulterius immorari licebit, **טוֹרָשָׁי** formandum putem à Particípio Pahul יְשֻׁוּרִין, cui terminatio pl. nominibus propriis admodum solennis in fine accedit, eaque deducto accentu, haud fecus ac terminatio pl. יְמִים. Kametz antepenultimate mutat in Scheva, Schurek insuper vulgaris usu in Kibbutz mutato. Adeoque hinc emergit ipsum nomen participiale יְשֻׁוּרִין, sive illud hoc loco fuerit proprium sive appellativum, quod mihi perinde est, & per populum *opulentum, opibus, divitiis, bonis affluentem* reddi potest commodissime. Quod si cuiquam de literarum יְשֻׁוּרִין & יְמִים inter se permutacione mihi litem movere adlubuerit, illum ego ad infima puerorum subsellia mallem remittere, quam in ejus gratiam rem tam claram tamque perspicuam pluribus heic loci adsertum ire.

¶ *Quemadmodum autem formatio hujus nominis Grammatica est legitima*, ita de ratione denominationis non minus genuina, planè sum securus. Hac enim si ulteriori in luce nunc ponenda foret, tum in subsidium heic cum maximè vocari posset vel ipsa Canaanis terra seu Palæstinæ regio, quippe quæ universi orbis si non umbilicus, at vere tamen ocellus non minimam *opulentia* hujus Israeliticæ partem constituebat. Militatura hic essent prome omnia illa bona externa, quibus ingratam Abrahamidarum gentem hac in fertilissima terra abundasse novimus, quæque uti quævis Divinioris Scripturæ pagina ubivis eloquitur, ita in cùmulo præcipue sistuntur *Deut. XXVIII. 1-14. Nehem. IX. 25. Jerem. V. 27. 28.* & sic porro. Confirmaretur insuper non paùrum modo memorata *feschurunis* in quovis bonorum genere *affluentia & opulentia* lege illa de mendico in Israele non tolerando, *Deut. XV. 4.* Quamvis enim pauperes nunquam in eo non extiterint, uti exertsis verbis vs. II. ejusdem Capitis docetur, illi tamen rapte verius *opulentii*, quam pauperes erant censendi, quippe egestati

(16)

stati eorum atque pauperiei variis beneficiis ex variarum legum præscripto in ipsos conferendis sollicite erat cautum, atque consultum. Quin imo addi his omnino & possent & deberent omnia illa bonorum genera, quæ in perversam Jacobidarum paginem à summo ejus bono, omniumque bonorum datore collocata in antecedend, à vs. 4 - 15. Capitis nostri enumerantur. Inde enim non leve nostræ modò allata JESCHURUNIS Etymologiaz accessurum esset pondus, si nimirum consideretur, quod tum demum prima vice, prout & antea jam monuimus, *Israel* sub nomine JESCHURUNIS, id est, secundum nostram hypothesin, lauti atque *opulentii* populi veniat, postquam scilicet in antecedentibus omnia illa bona, quæ *opulentiam* ejus atque *felicitatem* constituebant, ad gravitatem atque atrocitatem scelerum ipsius aggravandam, ingratique animi vitium ed magis ipsi exprobrandum ex ordine erant recensita. Verum hæc omnia hic latius diducere nec opus est, nec etiam nunc nobis opportunum, cum integræ illud dissertationis facile suppeditare posset materiem. Quare Lectorem nostrum, qui de hac prisca *Israe*lis opulentia & in quovis bonorum generi affluentia plura novissime desiderat, ad Cl. HULSIUM in *prærogativis* prisca *Israe*lis Diff. XII. p. 388. seqq. ablegamus.

J. VI.

Pergimus potius ab *Etymologica* JESCHURUNIS consideratione ad ultimum, quod in hoc capite nobis restat, ipsam scilicet ejusdem *Pragmatologiam* paucis adhuc perlustrandam. *Duplici* illud ratione nos facturos esse, suprà in *præliminaribus* promisimus, **N** scilicet ostensuros *in genere*, quis in sacris plerumque sub hoc nomine latere consueverit, & **C** quis *in specie* nostro in loco sub eodem videatur indicari.

N *Populum Israeliticum*, ut inde ordiar, *non vero singularem quandam personam in sacris hoc nomine designari*, non est, ut prolixè hic demonstratum eamus, *tum* quia jam in antecedentibus longè plurima huc spectantia à nobis sunt allata, quæ ad *etymon* rite erendum necessariò videbantur *præoccupanda*, *tum* quia à nemine quoquam Interpretum tam *Juda*orum quam *Christianorum*, quan-

quantum nos quidem scimus, istud in dubium vocatur, *tum de-*
nique, quia omnia ita loca, in quibus nomen hoc occurrit, non
aliud subjectum, quam populum Israeliticum patiuntur, ut ex
ipsa eorundem inspectione cuivis ad oculum liquebit. *

¶ Res altioris longe indaginis foret, si determinandum hic esset,
cuinam temporum etati populus hic memoratus sit adstringendus. Ve-
 rū & hinc me facili negotio expediam. Puto nimirum, *po-*
pulum quidem Israeliticum priisci evi minime hic esse excludendum, quippe
 ille jam antea & omnibus generis beneficiis à Rupe Salutis
 erat maestatus, & in typo quoque omnibus illis sceleribus semet
 adstrinxerat, quibus posteri illius rebus itidem secundis utentes
 semet ipsos erant alligaturi; De cætero tamen etiam nihil em-
 phasi verborum me detractum ire confido, si cum illis non mi-
 nus facio Interpretibus, qui verba nostra ad tempora Messiae
 referunt, quique adeò *populum Judaicum post Captivitatem Babyloni-*
cam in terra Canaanis sub ipso Romanorum jugo rebus ex ani-
mi sententiâ fluentibus gavissimâ intelligent. Ed èrò tanto
 prioniores inclinamus, quia præter hunc in nullo alio verba no-
 stra tam plenam emphasin naecta fuisse deprehendimus, quem-
 admodum istud ex sequentibus ulterius clarebit. Plura inte-
 rim hoc spectantia videri possunt apud illos Auctores, quos su-
 pra in præliminaribus §. 3. citavimus, & ad quos Lectorem no-
 strum hic malumus remittere, quam verba ipsorum huc prolixè
 transcribere.

C

CAPUT

* Optimè itaque omnium translatisse hoc nomen sunt censendi, quotquot, negle-
 ctâ quidem genuinâ denominationis ratione, ex sensu eidem nomen ISRAEL
 in versionibus suis substituerunt. Id quod fecerunt TARGUM ONKELOSI h. l.
 & Cap. XXXII. 5. & 26. TARGUM JONATHANIS Jef. XLIV. 2. VERSIO
 ARABICA in l. c. & Deut. XXXIII. 26. SYRIACA, TAWASIUS PERSA,
 VERSIO HISPANICA, ANGLICANA &c. aliisque. LUTHERUM, qui cum
 REI GIS non aliam ob causam h. l. & Cap. XXXIII. 5. hoc nomen omisit, vin-
 dicavit RAITHIUS in *Vindictis Versionis LUTHERI* ad locum jamjam citatum.
 Conferri quoque possunt, quæ supra §. 1. jam monuimus.

CAPVT SECUNDVM.

Pertractans

Ipsam קתְּרֵנָהוֹתָא sive Mosis cum Jeschurune EXPOSTULATIONEM sub phraſi יְנַבֵּל צָרִ וַיְשֻׁעָה expressam.

TRANSITUS.

Poste aquam in Capite præcedenti *ישְׁרָאוּן* ceu personam *קָתְּרֵנָהוֹתָא* *מֶ-*
מֶ, quam contra Moses ceu fidelissimus in republica Divina
ſervus optimam Domini ſui cauſam defendendam fuſceperat, ea,
qua proposueramus, brevitate fuimus contemplati, nunc ſecundum
filum in præliminaribus contextum ad ipsam *קָתְּרֵנָהוֹתָא* sive EXPO-
STULATIONEM *Mosis cum diſco JESCHURUNE* propius exami-
nandam videmur deducti. Reatum Jeschurunis in textu ipſo ſub
phraſi *יְנַבֵּל צָרִ וַיְשֻׁעָה* expressam ſupra exhibemus. In ejus Con-
ſideratione uti duo diſtinguenda veniunt, *tum* ſcilicet *Objectum*, in
quod à Jeschurune peccatum fuit, *tum* delictum ipſum, sive potius
cumulus ſcelerum à Jeschurune in illud commiſſorum; ita prioris contem-
plationi priorem, posterioris vero posteriorem hujus Capitis Sectionem
tribuendam eſſe censuimus.

SECTIO PRIOR

de

צָרִ וַיְשֻׁעָה Jeschurunis

ARGUMENTUM.

§. I. OBJECTUM hoc confideratur *¶* quoad *nomen*, ita ut vis vocum, unde compo-
nuntur, eruator, ubi (*α*) agitur de Voce *צָרִ* §. 2. (*β*) de adiecto *וַיְשֻׁעָה* §. 3.
¶ *Messiam* ſub hoc nomine latere, argumentis adſtruitur. §. 4. **¶** Eadem iſtud
applicatur offendendo (*α*) eum in genere dicatur *צָרִ וַיְשֻׁעָה* *Rupes Salutis*. Cu-
jus rei cauſa *tum* generalior, *tum* ſpecialior, *tum* ſpecialiflma ex peculiari no-
tione vocis in notis adſertur. §. 5. Disquiritur, cur (*β*) in ſpecie rela-
te ad Jeschurun vocetur *צָרִ וַיְשֻׁעָה* rupes salutis *ſue*.

§. I.

Priorem itaque ſectionem de peccati Jeschurunici OBJECTO exorſu-
ris id cum maxime incumbet, ut in anteceduum *nomen* ejusdem
pro-

propius indagemus. Ejus vero in propiorem ut penetremus notitiam, pauca omnia de significatu vocum, צור & ישועה, ex quibus componitur, erunt præstruenda.

Vocem צור quod attinet, illam rupem sive petram plerumque denotare, nemo est, qui ignoret. Descendere eandem ab Rad. צור obedit, arctavit &c. itidem extra omnem est controversiam. Prout vero multiplex hujus radicis est notio, quippe ex radicibus homogeneis צר & צר prognata: ita obscurum videtur, quænam illarum sit primaria, ad quam ceu ad fontem reliquæ omnes sint reducenda. Nos, quibus immorari hisce nunc non est licitum, acquiescimus in cogitatione Doct. GUSSETII, qui in *Comment. Ling. Hebr.* p. 713. notionem arctandi primariam statuit, atque inde cum aliis derivatis nostrum quoque צור notionem rupis ob firmitatem atque duritatem putat pertraxisse. Varios insuper hæc vox in sacris obtinet significatus, eosque partim proprios, partim metaphoricos, de quibus consuli possunt, præter Lexicographos COCCEJUM, GUSSETUM, STOCKIUM aliasque, Auctores statim citandi. Inter metaphoricas ejusdem notiones vulgaris admodum & notatu digna est illa, qua de Deo adhibetur. Quoniam vero istud vario iterum fieri solet respectu, hinc variantes ejusdem etiam in nostro loco exinde prognatas versiones infra deprehendemus. LXX. ut vulgo audiunt, INTERPRETES varie non minus hanc vocem interpretantur. Conferatur de illis TROMMIUS in *Concord. Græc.* T. I. p. 745. Quando de Deo sermo instituitur, tum plerumque eandem per θεον, κυριον, βασιλευν, Φυλακα &c. reddere consueverunt, sensum procul dubio magis, quam notationem vocis respicientes. Loco tamen 2 Sam. XXII. 32. notionem formandi צור ex cognata Radice צר adhærentem intuentes per κτισμων translulerunt: Quo in quoque nec paucos inter eruditos secum habent consentientes, qui itidem hanc vocem, cum de Deo usurpatur, ejusdem cum צר creatorem, designante significationis esse prætendent. * Idem nostro quoque

C 2

in

* Neque id plane absque fundamento adseritur. צור enim & צר significationes suas confundere, patere potest vel ex loco Jerem. I. 5. בתרם אצזרך בברתך ubi non opus est, ut צורcum MASORA parva, NATHANE in Concordant, KIMCHIO in Radicibus ceterisque Lexicographis illud י pro haben-

in loco, ut saepe alias, ex sensu vocem Σεον substituerunt. Cujus rei ratio ipsis procul dubio non alia fuit, quam quod rupem sive petram constantissimum divinitatis symbolum esse pernoverint; Quippe ejus varias perfectionis tum durities, tum firmitas & stabilitas, tum altitudo petrarum peregregie depingit. Quemadmodum istud, praeente ipfa sacra scriptura, à quam plurimis est ostensum, in quorum propterea cogitatis nostro quoque loco applicabilibus acquiescimus. Lectorem interea nostrum, cui volupe erit nosse res illas, quarum quoque rupes præterea emblema esse solet, elegantibus ad RUYMIGIUM in *Emblemat.* T. II. p. 423. seqq. EVERSDYKLIUM in *Gloria Messie* T. II. p. 626. seqq. BAUMANNUM in *Theolog. Allegor.* p. 175. seqq. RECHENBERGIUM in *Lexico Hieroglyph.* GISSETIUM in *Comment. Ling. Hebr.* l. c. GLASSIUM in *Philologia Sacra* p. 1623. & 1724. GATAKER, ad *Antonin.* Lib. IV. §. 49. BOTSACC. *Prompt. Alleg.* p. 67. RAVANELL. in *Biblioth. Sacra.* SCHNEIDER. in *Lexico Bibl.* T. I. p. 1054. aliosque.

§. II.

Alterum nomen, quod cum priori צוֹר ulterioris εξηγησεως gratia combinatur, est יְשׁוּעָה. Illud vi radicis salutem quamcumque designare, etiam si norunt, qui vel primoribus labiis linguae Hebraæ delicias degustarunt. An vero hæc genuina & primaria vocis hujus sit potestas, id alia est quæstio. Cl. SCHULTENS in orig. Hebr. Lib. I. §. 26. seqq. p. 19. seqq. naturam hujus vocis תִּשְׁעַת in amplitudine, laxitate & spatio sitam autumat, primamque Radicis עֲשֵׂה ut conjugationem sic significationem idem velle ac *amplus, spacioſus & late patens fuit;* Inde vero facili & perquam proclivi via putat gradum huic verbo factum in servare & salutem ferre, quod idem sit, ac aliquem, qui angustiis pressus erat & circumseptus, in spatiū & libertatem cum amplitudine & abundantia conjunctam traducere. Pro isthac primigenia notione tum ex oppositione inter צְרָח & עֲשֵׂה sive יְשׁוּעָה in sacris obvia, tum ex Arab. وَسْعٌ, quod teste Gjeu-

habentibus ad Radicem צְרָח referamus: præcipue cum verbum صَرَح hac formandi per creationem significatione Arabibus sit familiarissimum. Quæ quoque causa est, cur ARABS ERPENIANUS, superstitiosus alias Hebraïni obseruator, τὸν ζῷον in nostro capite aliquoties per ἀκταλλόν creatorem reddiderit, ut me edocuit Cl. SCHULTENS in *Offff.* ad *Jerem.* l. c.

§. III.

Ex haec tenus itaque de vocum significatu dictis liquet, phrasin proprio *Rupem Salutis* significare, illamque explicari posse vel per causam, Auctorem, Deum salutis, vel cum LXX, INTERPRETIBUS per Θεον Σωτηραν, Deum Salvatorem, quod mihi quidem perinde est, cum res eodem redeat. Inquirendum nunc est, quis hoc loco sub nomine צור ישעיה five RUPE SALUTIS delitescat. Sunt, qui Deum in genere hic a Mose innui contendunt. Sic CALOVIUS in *Biblitis illustratis* in h. l. & omnes quotquot hic stricte de passionibus Messiae agi, inficiantur Interpretes. Non quidem negare possumus, illum sēpissime sub emblemate rupis, quin & petrae salutis in sacris literis venire; Emphasi tamen vocum si nil derogatum ire velimus, rectius longe secundam divinitatis personam, MESSIAM scilicet, primarium considerationis Mosaiæ objectum statuerimus. (α) quia eidem exakte convenient proprietates illæ, quas Moses in hoc Cantico Rupi huic attribuit, quando nempe non solum versu 4to molitiones perfectas & divinas perfectiones

C 3

117

* Non est, ut de vero significatu Radicis ΥΨΙ^ν simus solliciti, cum ille non aliunde melius nobis innotescat, quam ex sermone Angeli Matth. I. 21, qui rationem nominis JESU redditurus Graecorum εὐαγγέλιον substituit. Conf. WOLFIUS in *Curis Crit.* ad l.c.

693 (22) 694

in executione negotii salutis modo splendidissimo manifestandas huic rupi adscribit, sed etiam nostro in loco talia de eadem prædicat, quæ nonnisi in *Messia* plenam naœta fuere emphasis, ut seccióne seq. probabitur ulterius. (β) Quia vero admodum simile est, quod Moses noster hoc loco æque atque verlu 4to alludat ad *petram* in Cades percussam Num. XX, (cujus rei historia populo Israelitico non poterat non in recenti adhuc hærere memoria) & quod proinde non solum *petram* nostram consideret tanquam antitypum illius petrae, quem Christum fuisse ex Paulina explicazione 1 Cor. X. 4. patet, sed & incredulitas illa, cuius in percussione petrae tum quidem ipse reus extiterat, tanquam typus omnium illorum flagitorum à Jeschurune in *Messiam* ceu *rupem salutis sue* olim committendorum ipsi ob oculos versetur. Saltem, quod (γ) tertio loco potest addi, Mosen singularem aliquam *petram* in hoc Cantico ante oculos habuisse, istud non obscure innuit n̄ demonstrativum, quod voci רָאשׁ vs. 4, ubi prima vice de *Messia* adhibetur, absque ulla causa præfixum esse, equidem non facile affirmaverim. Masorethas quoque singulare quidquam in hac *rupe* animadvertisse, litera ש in רָאשׁ versu 4to majuscula manifesto est indicio. Vid. CLERICUS in h.l.

§. IV.

Nec leve his omnibus accessurum esse pondus existimamus, quando nunc quoque *congruam appellationis* צְרוֹר יִשְׁוּעַת ad *Messiam* attulerimus applicationem. Illa vero tanto faciliori à nobis expediri poterit negotio, quanto minori obnoxiam esse controversiae persentiscimus. Sive enim illud nomen *absolute* sive *relate* spectaveris, utrinque illud subjecto cognominando deprehendes convenientissimum. Utriusque consideratio adhuc paucis nos tenebit occupatos. (1) Itaque hoc nomen consideramus *absolute*, quatenus nimirum *Messias* in genere appellatur צְרוֹר יִשְׁוּעַת *Rupes salutis*. Rationem hujus emblematicæ denominationis si à nobis requisiveris, illam non longe arcessemus: potuit enim illam Moses noster desumere vel ex frequentia *petrarum*, quæ ipsi cum Israele tum temporis per loca petrosa palanti ob oculos versabantur: * vel, quod §. præced.

nobis

* Conferri in hanc rem potest Doct. D' OUTREINIUS in *Introductione ad Emblemata Sacra* præmissa Tomo I. p. 130, seqq. & in *prefatione ad Parabolæ* ib. cit.

nobis maxime probabile visum, ex historia illius *petrae*, quam ipse
met jussu Dei in deserto percusserat: vel si utrumque euipiam pla-
cuerit connectere, eidem nec ipse calculum meum denegabo. Ma-
joris longe momenti erit observasse, quo jure demum Messias au-
diat RUPES, & in specie *ruper salutis*. $\alpha)$ RUPES meretur appella-
lari, quia tanquam verus & aeternus Deus non solum omnes illas
perfectiones divinas sub emblemate *rupis* adumbratas perfectissimo
modo possidet, verum etiam easdem in augustissimo negotio gra-
tiae theatro splendidissimum in modum demonstravit. Nec mino-
ri quoque jure ipsi $\beta)$ competit nomen *Petra SALUTIS*, tum quia
omnem illam *salutem*, quam ex *petra* terrestri redundare, supra $\omega\delta$
 $\tau\eta\mu\delta\delta\omega$ tetigimus, spirituali modo fidelibus suit praestat, vid. Cel.
LAMPIUS, praeceptor meus nimis eheu! mature mihi eruptus, in
Fæd. Grat. P. III. T. I. p. 180. seqq. tum quia omnis suorum *salus* in
iphius sponsione in aeterno consilio gratiae facta, tanquam immobili
rupe unice est fundata, atque proinde quoque ab ipso tanquam ve-
ra ejusdem causa atque unico Auctore dependet: tum denique,
quia per passiones consummatus plenaria aeternæ *salutis* acquisicio-
ne in plena emphasi populo suo factus est *rupes salutis*: tum enim
rivi *salutis* acquisitæ, ceu antitypicæ aquæ *petrae* per Mosen percussæ,
ex ipso tanquam ejusdem antitypo ad populum Israeliticum novi
foederis redundare demum plenarie occipiebant. Sed quorundam ab-
ripior in tam latissimo piarum meditationum campo? Pauca hæc
ex tam uberrima dicendorum messe excerptissime sufficiat. *

§. V.

* Ex dictis licet abunde constet, cum quod שׁׂׂר יְשׁׂׂעִי sit ipse Messias, tum quod
ipsi quoque nomen hoc exacte conveniat; ad utriusque tamen illustrationem non
ipso conferet, si vocem שׁׂׂעֵד adhuc paulo accuratius contemplenur. Est
vero isthac ita comparata, ut non solum *salutem* in genere, ut §. 2. monuimus,
sed & Metonymice ipsum Auctorem *Salutis*, Servatorem five Jesum εμφατικῶς
designare possit percommode. Eo enim sensu plus vice simplici in sacris occur-
rit. Notabilis est locus Gen. XLIX. 18. לְשׁׂׂוֹתְךָ קַיּׂתְיְהוָה, quem non
male verteris: JESUM tuum expecto, Jehovah! conter quoque Jes. XII. 2^o
בְּנֵי אָלָּו וְשׁׂׂעֵד ubi HIERONYMUS deserte reddit: Tu es Deus SALVA-
TOR meus, & in Commentario explicat: id est, Jesus meus. Addantur loca
P. XIV. 7. LXVIII. 20. Jes. XLIX. 6. LII. 7. LVI. 1. Conferantur cum his illa
loca, ubi de Deo *Salutis* Auctore in genere adhibetur v. g. Exod. XV. 2. Ps.
XXXV.

Quemadmodum autem ex dictis abunde liquet, quod & eur
Messias absolute dicatur צור ישועה Rupes Salutis, ita in hac sectione
nihil restat, quam ut (II) tantum inquiramus, quo jure cum relatione
ad Jeschurun idem à Mose nostro nominetur צור ישועתו Rupes Salutis
SUÆ. Ut paucis omnia dicam cum relatione ad Jeschu-

rum

XXXV. 3. Jes. XXXIII. 2. & in primis Ps. CXIX. 155. רְדוֹק מֶרְשָׁעִים יְשׁוּעָה, ubi quis ex masculo רְדוֹק cum fœm. יְשׁוּעָה construēto non male inferret, per Salvatorem designari: præcipue, si conferatur hic locus cum Prov. XV. 29, ubi pro רְדוֹק substituitur יְהֹוָה. Eadem fata subiere עַשְׂרָה & תְּשׁוּעָה de quibus conf. STOCKIUS in Lexico. Mirum proinde nobis videri non debet, quod LXX. INTERPRETES non semper hanc vocem per σωτηρίαν vel σωτήριον, sed & sèpissime, quando ad Deum referunt, per σωτήρα & Ἰησοῦν reddiderint. Ita Hab. III. 13. תְּזִתְּךָ רְישָׁע עַמְּךָ מְשִׁיחָךְ לְרִשְׁע אֶת מְשִׁיחָךְ Que verba 6ta Edi-
ditio Græca, cuius HIERONYMUS in Comment. meminit, ita transfert: ἔξολ-
θες τὸν σωτῆρα τὸν λαον σὺ δια 1ΗΣΟΥΝ ΧΡΙΣΤΟΝ. Sic Jes. XVII. 10. Κα-
τεπλικες τον θεον τον ΣΩΤΗΡΑ σε. Ps. XXVII. 1. Κυριος ΣΩΤΗΡ με. &
imprimis Jes. LXII. 11, ubi Deus filia Zionis annunciarci jubet: Ecce ΒΑ
Ιשָׁעֵךְ בָּא Salus tua venit, LXX. transferunt: Ἰησοῦς ΣΩΤΗΡ σε παρεχετερον. Que
verba de Servatore dicta esse, ipse Servator ostendit Apoc. XXII. 12. Sic Hagg.
III. 18, ubi TARGUM אָרוֹן בְּאַלְהָת עַבְרְ פָּרָקְנִי Exultabo in Deo fa-
ciente redemptionem mei. LXX. εὐφρενησσομαι εἰς θεόν των ΣΩΤΗΡΙΩΝ με.
Nostro in loco idem per σωτηρίαν redditum: καὶ ἀνεῖπε ἀπό θεού ΣΩΤΗΡΟΣ
ἄντε. Nec solum id, quod Hebreis Salus audit, apud ταῦτα οἱ Servatoris no-
mine venit, sed & vicissim, quem Hebrei Servatorem vocant, illi σωτηρίαν si-
ve salutem dicere non verentur. Conf. 2. Reg. XIII. 5. יוֹתֵן יְהֹוָה לִשְׁרָאֵל
מְשִׁיחָךְ LXX. καὶ εἶδον κυριος σωτηρίαν τον Ισραηλ. LXX. Viridalem versio-
nem videtur fecutus Simeon, quando verba Jacobi Patriarchæ p. d. in oculis ha-
bens pro רְדוֹק dicit σωτηρία σε, id est ΣΩΤΗΡΑ σε. Nec non ipse
Servator noster Joh. IV. 22. ἐτι οὐ ΣΩΤΗΡΙΑ ἐτονειαν εἴην. Ubi p. d.
per σωτηρίαν semet ipsum tanquam mundi Servatorem designat, id quod etiam
mulier illa Samaritana ita accepisse videtur, quando vs. 25, in responsione ipsum
Messiae nomen reponit: Οἶδα οὐτι Μεγάς ἐχετερον, οὐ λεγομένος Χειρος. Vid.
Cel. LAMPIUS in Comment. in Jobann. T. I. p. 750. ad h. 1. Nihil igitur,
ut dicta ad scopum tandem redigamus, obstat, quo minus & hoc loco
ita interpretetur, & cum LXX. INTERPP. per appositionem reddamus:
ΘΕΟΝ ΣΩΤΗΡΑ σε, Rupem five Deum SALVATOREM five JESUM
suum, præcipue cum illud obseruisse non solum non parum faciat ad iuperiora,
quæ §. 3. & 4. disputavimus, confirmanda, verum etiam maxime ad confun-
dendos Jesu nominis hostes, impios scilicet Judæos, qui hoc nominis in lege
non occurrere venditantes acerbissimis illud convitiis ubique lacerare con-
verunt.

run cluit Messias α) propter omnitudinem salutem temporalem, cuius
Auctor ipse extiterat tum prisco Israeli in educatione praesertim ex
servitute Aegyptiaca, in ductione ejusdem per desertum sub colu-
mna nubis & ignis, in tutamine ab hostium insidiis, in expulsione
eorundem ex Canaane, in introductione ipsius in terram promis-
sam, in concessione omnis generis bonorum in hac ipsa terra hæ-
reditaria & ita porro: tum etiam senioris αvi Jeschuruni, post eductio-
nem ex captivitate Babylonica sub ipso etiam adventu Messiae in
terra itidem Canaane rebus ex animi sententia fluentibus gaviso:
id quod ex historiis illorum temporum fusiū possit demonstrari,
si quidem id nunc ageremus. β) Cum maxime vero nomen
מֶשְׁיחָא מֶשְׁיחָה merebatur Messias propter salutem aeternam, cuius viam
non solum prisco Israeli, jure adoptionis in populum peculii, praeterea aliis
gentibus patefecerat, eumque in finem leges salutiferas eidem pra-
scripserat, quarum fideli observatione Salutis aeterna poterat fieri
particeps; sed quam etiam posteris Israelis ipse olim erat annun-
ciaturus, & tantam salutem justo pretio aetimaturis plenarie erat
acquisitus, atque eo ipso piæ indolis Jeschuruni semet ας τον Θεον
επιτρέπεια και ceu Deum servatorem suum exhibitus. At vero, inquires,
quorsum tanta salus, cuius Jeschurun maximam tamen partem non
factus est particeps? Sed cogites tritum istud: nemini (ne dum in-
digno, qualis erat Jeschurun) beneficium obtruditur. Id Moses optime
quidem noverat, detortam Jeschurunis progeniem salutis hujus non
ex aste heredem fore, quin potius oblatam salutem repudiando,
ipsumque Salutis Autorem rejicendo semet vel mica salutis indignum
esse redditurum, atque adeo rupem salutis ipsi contra αιθον προσκομ-
ματος και περγαν σκανδάλων futuram. Voluit tamen Messiam tam grati-
tis atque vivis hic depingere coloribus, ut eo magis ansam habe-
ret, infrunitam Jeschurunis proterviam ingratique animi vitium
scopo suo convenienter perstringendi. * Quemadmodum itaque,

D

ut

* Vivide quidem hic depingitur Messias in se, non vero relate ad Jeschurun. Ne-
que id sine singulari Dei providentia factum esse existinem: si enim directe hic
nomen Ιησος a Mose nostro fuisset adhibitum, tum procul dubio Jeschurun sce-
leribus illis in Servatorem ab ipso secundum vaticinium Moysi aliquando commit-
tendis semet non fuisset alligaturus; quod tamen vi decreti & respectu executionis
nego-

(26)

ut ex hac tenus recensitis tandem summa fiat, res ipsa loquitur,
Rupem salutis Jeschurunis non alium esse, quam ipsum sanctissimum
Servatorem nostrum, qui patribus ut talis erat promissus, à pro-
phetis ut talis depictus, quique etiam in plenitudine temporum ut
talem Jeschuruni suo seme*t* sitit; ita cuivis exinde primo facile in-
tuī fiet manifestum, non leve eo ipso sententiae nostrae accedere
pondus, quando passiones Messiae hic prædictas esse statuimus. Ad
quas vero eruendas cum posteriorem hujus capitinis sectionem de-
terminaverimus, hinc ad eandem sine ulteriori mora nunc pedem
promovemus.

SECTIO POSTERIOR.

Sistens

*Ipsa Jeschurunis in rupem salutis sua DELICTA, sub emphatica
voce יְנַבֵּל vivide depicta.*

ARGUMENTUM.

§. 1. Præcognoscenda quædam sistuntur. §. 2. Ipsa Jeschurunis SCELERA in rupem
salutis sua admissa eruenda inchoantur; eumque in finem nonnulla ad accuratio-
rem emphaticæ vocis נֶבֶל intelligentiam facientia præstruantur. §. 3. ¶ Initium
fit ipsius recensionis variantium hujus radicis notionum, & quidem (α) sistitur no-
tiocadendi, marcescendi &c, eaque §. 4. (a) textui & historiæ passionis Messiae,
§. 5. (b) vaticiniis, emblematis rupis & scopo Mosis applicatur. §. 6. (β) Significatur con-
temnendi, ignominia afficiendi &c. excutitur, idemque §. 7. passionibus Messiae ac-
commodatur, & §. 8. ex vaticiniis & scopo Mosis corroboratur. §. 9. (γ) Notatio stultitiae
ex radice eruitur, & §. 10. eadem & sensui verborum, & scopo Mosis congrua esse
demonstratur. §. 11. ¶ Ex peculiari notione נֶבֶל apud Arabes adhuc superite
ipsum crucis supplicium investigatur, idque ita, ut (α) notio illius peculiaris, quæ con-
ficitur in jaculatione & perforatione cum sagittis, in apricum producatur, & §. 12. (β) ea-
dem supplicio crucis Messiane & sensui verborum nostrorum applicetur, (a) ex colla-
tione consimilium phrasum propheticarum itidem figurate supplicium crucis designan-
tium. (b) §. 13. Ex egregia ejusdem ad emblemata rupis relatione; quæ (*) adducitur,
& (**) §. 14. Messiae ut rupi salutis applicatur. (c) §. 15. Ex insigni ejus cum sco-
po

negotii gratiæ necessario fieri debebat. Hæc causa est, quod nonquam in Prophetiis,
in quibus de passionibus Messiae agitur, expressis verbis non Servatoris le-
gatur: eodem plane modo, uti nec mortis genus, *supplicium* scilicet *crucis*
à Messia perpetuum direkte usquam fuit commemoratum. Id enim si factum
esset, tum Messias p. d. nunquam à Judæis fuisse crucifixus. Conferri possunt
in hanc rem, quæ Sect. seq. erunt recitanda.

po Mosis convenientia. §. 16. Resurrectionem Servatoris tacite sub voce נָכַל infinuari, verosimiliter coniicitur. §. 17. Coronidis loco objectioni cuidam occurritur.

§. I.

Considerato jam ὡς ἐν τύπῳ objecto illo, in quod Jeschurun à Mo-
se nostro delinquisse arguitur, demonstratoque illud non alium
esse quam Messiam, sanctissimum nostrum & in secula benedictum
Servatorem: nunc quoque DELICTUM ipsum, sive, ut rectius di-
cam, cumulus scelerum à Jeschurune in Messiam commissorum ex empha-
tica illa multoque significatu foeta voce נָכַל paulo uberiori con-
templationi erit subjiciendus. Id vero ne sine aliquo iterum ordi-
ne præstetur, primo pauca quædam præmittimus, quæ ad genera-
lem notionum Radicis nostræ נָכַל evolutionem quidquam conferre
videntur, deinceps vero præcipuas ejusdem notiones sigillatim eo
ordine excutiemus, ut unamquamque insimul illarum & loco no-
stro & passionibus Messiae convenientissimam adstruamus. Id ve-
ro uti caput & longe uberrimam dissertationis nostræ partem con-
stituit: ita, antequam eo deveniamus, id unum Lectorem nostrum
nunc monitum volumus, nos, licet verba nostra propheticæ con-
siderare constituerimus, in implemento tamen eorundem prolixe
demonstrando non esse moraturos, quin potius illud partim simul
adspersuros, partim vero ex historia Evangelica passionis Christi
ut nemini non notissimum supposituros.

§. II.

DELICTA igitur Jeschurunis in Messiam perpetrata consideraturis
id ante omnia datum erit negotii, ut in genuinam Radicis נָכַל po-
testatem penetrare allaboremus. Illa ut eo clarius nobis in-
notescat, nihil nunc prætermittere certum est, nisi quod nullam
plane probabilitatis speciem hanc in rem promittit. Id vero ad
hypothesin de seminibus vocum biliteris uti nemo nisi omni in Philo-
logiam sacram reverentia cassus facile retulerit: ita a nemine quo-
que, nisi tali, nobis vitio vertetur, si ejusdem vires hic paulisper
tentemus, atque eo ipso viam quasi ad pleniorum Radicis nostræ
נָכַל intelligentiam struamus. De simplici igitur semine, ut
NEUMANNUS, LOESCHERUS aliique horum aſſeclæ loqui
D 2 amant,

amant, dum cogitamus, commodissime procul dubio illud sigimus
 in bilitero בָּלְ, quod ex illorum sententia *confundentis* וְ quovis
 modo *destruentis* involvit significationem. Liquere illud potest non
 solum ex ipsa illa particula בָּלְ, quæ in sacris literis sub notione:
non, nequaquam, nibili adhuc superstes est, & natura sua nonnisi *ab-*
litionem & destructionem dicit; sed & multo evidentius istud patebit,
 si prolem atque familiam ab hoc simplici בָּלְ descendantem obiter
 perlustremus. Dubium enim nemini esse potest, quin hinc de-
 scendant (1) *geminatum* & *inusatutum* בָּבֶל, unde בָּבֶל *Babel*;
 istud vero *permixtionem, confusionem, destructionem* innuere, cuivis ex
 Gen. XI. 9. est manifestum. (2) *Cavum*, ut vocant, בָּורְ, de cu-
 jus etymo statim. (3) Praeter nostrum בָּבֶל *præformata* alia, v. g.
 בָּבֶל *אַבְלָ* luxit, in luctu fuit, בָּבֶל evanescere, vanum fieri, בָּבֶל corruptit,
 perdidit, destruxit, notione apud Chaldæos præcipue huic verbo pro-
 pria. Addo hisce & nomen תָּבֵל, quod orbem, terram habitabilem
 denotat; nativo tamen significatu notat mundum, sive τὸν *univer-*
sum, terra, aqua, aëre, meteoris, nubibus permixtum, à Radice su-
 pra allata בָּלְ: quæ mixtio sive confusio cum Græcis & Latinis
 videretur *ornatus*, hinc priores καρυμον, posteriores mundum, id est,
 exornatum appellavere. Accedunt his (4) aliae quædam radices
auctæ, quæ ceu ejusdem familiae voces à בָּלְ itidem originem &
 significatum traxerunt. v. g. Chald. בָּרָא, quod notat: *conjungi, at-*
teri vetustate, unde Arab. عَلْ est *arummam* וְ calamitatem immittere,
 qui significatus hæsit loco Dan. VII. 25. vid. Cel. SCHULTENS in
 h. l. Ab hac Rad. בָּרָא nonnisi litera cognata differt בָּרָה vetera-
 scere, vetustate atteri &c. unde παλαιός, olim, παλαιός, *vetus*, Germ.
faulen, fallen &c. quia vetera putrescunt & decidunt. His de-
 nique (5) accedunt composite quædam radices ab hoc quoque sim-
 plici בָּלְ oriundæ, v. g. בָּלְקָן exinanivit, בָּלְעָן quod primario notat:
absorbīt, deglutīt, devorāt, perdidīt, unde Gr. φαλακρά & Lat. ba-
 lena ab absorbēndis & deglutiēndis pisciculis sic dicta; secundario
 vero: *amputavit, succidit* ex Arab. بَلَعَ, quæ notio locum obtinet
 Job. VIII. 18. vid. Cl. SCHULTENS in Job. p. 23. Cætera ne nau-
 seam creem, lubens prætero, quæ luxurians alias ingenium, non
 ego, æque facili negotio hoc trahere posset. Ex his saltem primo
 intuiti-

intuitu apparere posset sententia^e hujus *de seminibus vocum simplicioribus* probabilitas, quin hac admissa, non parum inde stabilitum iri notiones omnes Radicis nostræ נְבָל, quam æque atque alatas omnes *dejetum & destrutum* quid involvere, ex dicendis fiet manifestum. Imo nec ipsi diffitemur, hanc sententiam longe plurium meritaram esse calculos, si per omnia ea probabilitate, qua in hoc bilitero נְבָל, quanta etiam cunque illa sit, gauderet. At vero, ut verum etiam fatear, et si allata haec tenus aliqua verisimilitudinis specie se commendant, in aliis tamen longe plurimis istiusmodi quid invita plane Minerva tentatur, atque proinde lubentes quoque confitemur, parum inde subsidii atque fundamenti notionibus Radicis nostræ נְבָל accessurum, si aliunde ad illas eruendas certiorique fundamento superstruendas major nobis spes non affugeret. De quo tamen uti non dubitamus, ita nunc ad illas pro prius excutiendas bono animo progrediemur, superioribus interea suo loco relictis, tantumque valere jussis, quantum apud Lectores judicio pollentes valere possunt. *

§. III.

Radix æque ac cognata נְבָל, ut eo perveniamus, generatim obtinet notionem *cadendi*, qua etiam cunque istud fiat ratione. COCCEJO & GUSSETIO in Lexicis princeps hujus Radicis notio est *marcescere, contabescere*. Ab aliis tamen præfertur prior. Quicquid sit, saltem quando נְבָל *cadere* notat, tum plerumque de τῷ *cadere* rerum flaccescentium & contabescentium sumitur, diciturque (α) *propriæ de floribus arborumque foliis ob interioris succi & humoris defectum externique & sti vehementiam decadentibus*. Loca videantur apud STOCKIUM in Lexico. (β) *Improprie autem usurpatur de hominibus, tum illis, qui laboribus ad languorem dati, id est, delafati cadunt*: quo sensu occurrit Exod. XVIII. 18, *tum talibus, qui ita ceciderunt, ut nunquam sint resurrecturi, id est, intereuntibus*. vid. 2 Sam. XXII. 47. Ps. XVIII. 46. Jes. LXIV. 6. **

D 3

Eadem

* Sententiam hanc *de seminibus vocum & significatu literarum hieroglyphico* modestè excusserunt Cel. Chr. Bened. MICHAELIS in diss. de h. materia Halæ. 1709. & 1717. & J. G. CARPOVIUS in Critica S. V. T. p. 186. seqq.

** Id ipsum Radix hæc נְבָל cum Ling. Lat. Gr. aliisque commune habet. Apud Latini-

הַבָּתָר (۳۰) חֲדֹשָׁה

Eadem hæc notio 'cadendi' in multis derivatis ejus est conspicua. Descendit hinc נֶבֶל (utι מִפְלָה) à cadaver, quasi caducum aut deciduum dicas, quod tam de bestia Lev. XXII. 8, quam de homini cadavere 1 Reg. XIII. 29, Deut. XXI. 23 Jes. XXVI. 19. usurpatur. * Hinc quoque est מְכֻל diluvium, sic dictum, quod omnia fecerit cadere, concidere, marcescere, & בָּל mensis octavi nomen, sic appellati, vel quod tunc terræ nascentia tanquam emarcida concidunt, vel quoniam, ut KIMCHIUS vult ad Jerem. III. 3. ברוכ הַזָּמִינָה המטיר בָּל מְכֻל וּרְד בְּמִרְחָשָׁן לְפָקֵד נְקָרָה יְרֵח בָּל מְעַנֵּן מְכֻל ut plurimum multa pluvia decidit in octobri, idcirco vocatur mensis בָּל ex

Latinos enim sèpissime τὸν cadere idem est, quod mori, interfici, perire,
VIRG. Aeneid. Lib. II.

CADIT & Ripheus, justissimus unus
Qui fuit in Teuris.

PRUDENT. Peristeph. in Roman. v. 535.
Nam membra parvi pendo, quo pacto CADENT.
CASURA certe lege naturæ sive,
Instat ruina, quod resolvendum est, RUAT.

Cadere bello, cadere in acie, prælio vel in prælio &c. Poëtis, Oratoribus & Historiis in usu sunt. Eodem more ruere, corrueare, labi sèpissime pro mori sumuntur. Eadem notio in derivatis obtinet: sic caducum idem est, quod mortale, occidere idem, quod perire. Inde mors ruina, aliquando casus & occasus audit. Quæ nota sunt. Vid. FABRI Thesaurus, BARTHIUS in STATII Lib. IX. Thebaïd v. 835. p. 110. & Lib. XII. v. 209. p. 1460. GARMANNUS de miraculis mortuorum p. 5. 6. aliique. Nec arctioribus limitibus constringit est significatus Graeci πιπτω. Illud enim non solum notat cadere in genere, sed & speciatim accipit pro prostrerni, interfici, mori. Quia in significacione post HOMERUM Iliad. 6.

τοιδ' ἀγχίστηνος ΕΠΙΠΤΟΝ

Νεκροὶ δύο τρωαὶ καὶ υπερμενεῖν Επιπτεῖν.

Ubi sunt prose etiam scriptores. Sic PAÜSAN. πιπτοῦ ἐστι μαζη. PLUTARCH. πιπτῶν οὐ φέτος. Et sic porro. Quocirca & mortui illis νεκρεσίν sive jacere dicuntur. Quæ omnia ex Lexicographis constant. Vernacula nostra etiam τὸ mori non raro per fallen exprimit. Conf. versiones LUTHERI & PISCATORIS 2 Sam. III. 34. & 38. VORSTIUS de Hebraismis N.T. p. 163. seq.

* Sic Latinis dicitur cadaver à cadendo; Graecis πιπτω, πιπτό, πιπημα, q. d. πιπτω ειμι, à πιπτω vel πιπτω. Vid. GARMANNUS l. c. MARTINIUS in Lexico sub voce cadaver. CHABOTIUS in Horat. Satyr. VIII. p. 102. BARTHIUS in Advers. p. 2568. BECMANNUS in originibus Ling. Lat. p. 304. aliique.

(3)

ex significatione mabbul. * Plura ad hanc notionem stabilieram
non assero, ne soli meridiano lucem addere velle videar.

§. IV.

Quam commodum verò sensum hæc notio loco nostro applicata fundat,
quis non videt? Verte igitur יְנַכֵּל צָרִ וְשׁוֹעֲרוֹ cadere fecit s. faciet,
sive, quod Græca dialecta optime expresseris, ἐπτριματοει rupem sa-
lutis sue. Interpretare illud *proprie*, interpretare *metaphorice*. Utrum-
que contextui respondebit. Proprie si sumferis τὸ Κῆνος, quatenus
nimirum notat *cadere fecit*, tum egregie hic tibi depictas videbis
varias illas machinationes à Jeschurune ad Messiam suum oppri-
mendum excogitandas, sive illud futurum esset clanculariis consi-
liis, Joh. V. 16. VII. 1. 19. VIII. 37. 40. XI. 53. Matth. XII. 14. XXVI. 59.
XXVII. 1. sive ad fraudem compositis verborum captionibus & quæ-
stionibus, Matt. XIX. 3. XXII. 15. seqq. 23. seqq. 34. seqq. XXVI. 61. sive
apertis denique moliminibus in ipsius perniciem directe tendentibus,
Joh. VIII. 59. X. 31. Ad quod postremū nō immerito retuleris nefariū
Nazareorum inceptum, qui Luc. IV. 29. 30. rupem salutis sue de präal-
ta rupe präcipitare voluisse commemorantur. Id saltem mortis ge-
nus, quod Messiam tum indubitate mansisset, nisi evalisset, nescio, an
usquā alibi tam clare prædictum sit, si quidem talia contingentia præ-
dicta statuere licebit. ** Impropræ autem si τὸ Κῆνος acceperis, quate-
nus nempe tum delassatum reddere, tum interficere sive cadaver ex ali-
quo facere, & tanquam cadaver aut morticitium trahere aliquem signifi-
care potest, tum hic iterum non paucas circa passiones Christi
circumstantias deprehendes prædictas. Prævidisset nimirum hoc
modo Moses noster Spiritu prophetico, quam fatigatus foret Sal-
vator noster, quando ante per tenuem victimum & crucifixionem
proxime præcedentis noctis angustias emaciatus & in agone mortis
constitutus sanguineum sudorem atque humorem vitalem esset emissurus
Luc. XXII. 44. quam emarcidus & delassatus esset futurus, quando
hinc inde esset ablegandus, quando dira maledictæ crucis trabs

humeris

* Notio *cadendi* τὸ Κῆνος in multis etiam aliarum linguarum vocabulis hinc quo-
que oriundis adhuc superat, v. g. in Græc. βαθέω, φαύλεω, φυλόω, φυλεύω,
φαλάρη &c. Lat. *nebula*, *folium*, quod cito marcescit & inde decidit, *vilis*, *fla-
vus* &c. Angl. *tho fall*, *Gerin*, *Bladt* / *fahl* / *fallen* / *abfallen* / *faul* / & sic porro.

** De ipso hoc supplicii genere Judæis, Græcis, Romanis recepto agit SUICE-
RUS in *Theſ. T. I.* p. 408. SELDENUS de *Synedriis Lib. I. Cap. V.* p. 51, seqq.
& Cel. WOLFIUS in *Curis Crit.* ad locum Luc. cit.

humoris ipsius imposita ad locum supplicii esset bajulanda. Matth, XXVII. 32, Marc. XV. 21, Luc. XXIII. 26. Quin imo prospexit hoc pacto, Jeschurunem suum, quando, ita *præ languore cecidisse* rupem salutis suæ, ipsi non satis foret, aliud adhuc scelus machinaturum, *rupem nimirum salutis suæ* tanquam *impurum cadaver*, ceu contactione sua impurans, ex urbe ejeturum, *impuris gentibus* ut *impurum commissurum*, *ad locum impurum supplicii* pertracturum, quin denique *cadaver seu morticinium ex eo facturum*, & quæ id genus scelera sunt plura, quæ Jeschurunem in rupem salutis suæ perpetrasse ex historia Evangelica constat, quæque prolixius hic recensere supersedeo. *

§. V.

Imo quis posset amplius ambigere de allata verborum nostrorum interpretatione, quippe quæ tam exacte *tum Vaticiniis Prophetarum, tum emblemati rupis & scopo Mosis* respondet. a) Dico, *Vaticiniis Prophetarum*: de eo enim qui dubitat, perlegat is psalmos XXII. & in primis ejusdem vs. 15. 16, coll. Luc. XXII. 44. nec non

¶.

* Notatu in hanc rem dignus est locus ex *chelek* apud RAIMUND, in pug. fid. p. 862.

אמר לו ר' נחמן לר' יצחק מי שמייך לך אימרת אתו בר נפלך
אל מאן בר נפלך אל משיח אל משיח בר נפלך קורת לוייה
אל אין רכתיב ביום ההוא אקים את סוכת דוד הנופלת אל
וחנן רוד שבן נבָּה בְּבוֹ תַלְמִידֵי הַכְּמִים מִתְּמֻמְתִּים וּחוֹשָׁר
עִינָהֶת כְּלוֹת בִּגְזָן וְאַנְחָה וְצְרוֹת קְשׁוֹת מִתְּחִדְשָׁת עַד

שְׁחַרְאָשָׁוֹנָה פְּקוּדָה שְׁנִיוָה בְּאַתְּ
Dixit R. Nachmann ad R. Isaac, quis fecit te audire, quando veniet *FILIUS CADIVUS*, vel *RUENS*? ait ei, quis est *FILIUS CADIVUS*? dixit ei *MESSIAS*. Ait ei *Messiam vocasti FILIUM CADIVUM*? dixit ei: etiam: sicut dicitur Amos 9: II. *IN DIE ILLO ERIGAM CASULAM DAVIDIS PROLAPSAM*. Dixit R. Jochanan: Generatio, in qua filius David venturus est, discipuli sapientum minorabuntur: reliquorum vero oculerunt deficientes in luctu & suspicio, & angustie multæ, & sententiae graves innovabuntur: adhuc prima non erit executioni mandata, ecce jam veniet *fecunda*. Hanc traditionem de *Messia filio cadivo* quando allegat Raymundus, ita pergit: „Principio hujus traditio-„nis valde consonum est, quod de Judæorum populo taliter scriptum est, Deut. „XXXII. 15. וְתַשְׁלִיחֵת אֱלֹהָה עֲשָׂה וְנַכְלֵל צָר יוֹשָׁבָתוֹ“ dereliquit, vel ex-„tendit, vel abjecit *Deum*, qui fecit illum: & dejecit, vel cadaver, vel mor-„ticinium fecit *rupem salutis suæ*. Hoc procul dubio tunc impletum est, quando „Judæi extenderunt in cruce Salvatorem, & ipsum cadaver eum occidendo fe-„cerunt,

Pſ. LXIX. 3. 5. 15. 16. 27. Pſ. LXXXVIII. 5. 16. Jef. LIII. 3. 4. 5. &c.
& dubium ipſi omne eximetur, quando ipſum Meſſiam audiet que-
rentem de omnibus illis injuriis, quas à Jeſchurune ipſi inferendas
jam jam enumeravimus. (3) non minus quoque adducta explicatio
נְכָל *cum emblemate rupiſ & scopo Moſis* convenit. Conſtat enim
inter omnes, & ſupra jam *וְſ ἐν ταράծᾳ* monitum eſt, quod *ruperes*
non ſolum iſt emblema diuinitatis in genere, ſed &, quod altitu-
do, firmitas, durities, immobilitas &c., quaे de rupibus ubi viſ præ-
dicari ſolent, emblemata ſint præcellentiae, fortitudinis, omnipot-
entiæ, aliorumque attributorum diuinorum, quaे hic non repeti-
muſ. In confeſſo etiam eſt, Moſen per univerſum hoc canticum
ſuum totum in eo eſſe, ut improbitatem, infruntam proterviam,
ingrati animi vitium, aliaque quaेvis ſcelera in rupem ſalutis com-
miſſa Jeſchuruni exprobret. Jam vero, quid accommodatius, quid
aptius in hanc rem producere poterat, quam si vaticinaretur, quod
Jeſchurun, non obſtante, quod Meſſias respectu Deitatis & perfe-
ctionum diuinarum rupes eſſet firmiſſima, altiſſima, nullique mobi-
litati ſubjecta, id eſt, vere omni potentiſſimus, fortiſſimus, conſtan-
tiſſimusque Deus, nihilominus tamē eō proceſſurus eſſet enormis
impietatis atque protervæ audaciæ, ut hanc rupem ſalutis tanquam
emarcidam, in qua nihil eſſet praefidii & unde nihil commodi re-
dundaret, pervertere, deſtruere, deſicere, atque ita quovis modo *casum*
atque *ruinam* eidem intentare in animum induceret.

§. VI.

Atque hæc eſt prima & primaria Radicis noſtræ נְכָל signifi-
catio, vel, ſi malueris, prima notionum ejusdem classis, quam per
omnia loco noſtro convenientiſſimam eſt, ex dictis procul dubio
cuivis eſt manifestum. Procedendum nunc quoque eſt ad reli-
quos ejusdem significatus eruendos, eosque itidem textui noſtro
applicabiles eſſe oſtendendum. Altera itaque notio, qua Radix
noſtra נְכָל gaudet, eſt *contemnit*, *vili pendit*, & in ſpecie *ignominia*, tur-
pitudine afficit, vel ſi malis voce Latina hinc deſcendente exprime-
re: *ceu NEBBULONEM traſlavavit*. Prono alveo hæc significatio *con-
temptus* & *ignominia* ex priori profluſit; quicquid enim *vili pendit*, &
dedecore afficitur, ei æſtimium & dignitas competens quaſi cadit &

Ergo nihil dignus videtur nisi veluti

velati marcescit. * Plus semel hoc sensu in sacris occurrit. Sic
 v. g. Nah. III. 6. וְהַשְׁלָכְתִּי עַל־זֶה שְׂקָטָם וְנִבְּרָתָךְ projiciam super-
 te, inquit Jehovah de Ninive, abominanda, וְtuρְפִיתְדִּינְתִּי five igno-
 minia afficiam te. Ubi LXX. optime reddunt: ναὶ ἐπιφέρετος εἰς τοὺς βδε-
 λυγμοὺς κατὰ τὰς αἱρετορίας σας, καὶ θησαυρούς σας εἰς ταραχήνας. Sic Mich.
 VII. 6. בְּכֵן מִנְבֵּל אָבִ, בְּכֵן מִנְבֵּל, nam filius vilipendit, contemnit, turpitudine af-
 ficit patrem. Ubi Chald. נִבְּלָה retinuit. SYRIUS נִבְּלָה contempnere re-
 posuit. LXX. vero non male vertunt: διὸς γοῦ πατερέως πατερέως. Addi potest locus Jerem. XIV. 21. אֲלֹת תִּנְבְּלָה כְּכֹרֶךְ ne parvi
 facias (deturpes, vel si propriis malis cum KIMCHIO: אֲלֹת ne
 dejicias, cadere finas) thronum glorie tue (templum) inter nos erectum.
 LXX. paulo aliter: μη ἀπολέσῃς θρόνον δοξῆς σας ne perdas, destruas thronum
 gloriae tue. Ab hac notione descendit נִבְּלָה flagitosum, sceleratum
 denotans, nec non נִבְּלָה, quod in sacris plerumque de enormi fla-
 gitio, cuius turpitudo & ignomina comes est, adhiberi solet. Vid.
 FESSELII Adversaria sacra Lib. II. Cap. IX. p. 115. Obtinet quoque
 hic significatus in Chald. נִבְּלָה fœdum reddidit, deturpavit, ut fœdum
 abominatus est, rejecit, unde נִבְּלָה turpitudo, obscenitas, נִבְּלָה flagi-
 tum, & sic porro. Nostro in loco tantum non omnes Interpretes
 μιας notionem נִבְּלָה decernunt. Ex Judæis hoc aurigantur RA-
 נִבְּלָה וּבִזְרוֹ שֶׁן אַחֲרָיה אֶל הַיּוֹלֶד וּגְוֹמֶן אַיִל מִתְּהִלָּה verbum significat, ignominia afficit, contemnit
 illum: dicitur enim (Ezech. VIII. 16.) וְposteriora eorum (obversa sunt)
 contra templum Domini, Non est contemptus major, quam iste. ** ABEN-
 ESRA:

* Hæc notionum conciliatio non parum corroboratur, quando ponitur, quod נִבְּלָה
 casum quemcumque denotet. Non aliter, atque Lat. *cadere*, quod de quoconque
 casu prædatur, & interdum quoque ad tales refertur, qui fortunas aut digni-
 tatem suam amittunt; Sicuti contra felices, dignitate pollentes, isdem stare di-
 cuntur. Sic BOETHIUS: qui CECIDIT, stabili non fuit ille gradu. Sic CORN.
 NEP. CADIT majestas, id est, vilescit, evertitur imperium. Idem observes in
 Gallorum decadence, contemptum notante. Saltē quod נִבְּלָה non ubique re-
 quirat motum localem in casu, sed tantum mutationem in deterius, & virium ad
 confundendum atque ad statum munusque suum conservandum necessariarum amissio-
 nem, id GUSSETIUS in Lexico recte observavit.

** Hæc etiæ hue non pertinent, per se tamen recte se habent. Templo enim po-
 steriora obvertere, Judæis nefas erat, Vid. MAJUS Theol. Jud, Loco XX. S. 4.

וְנִכְלֵל בְּמַחְשְׁבָה וּבְכֹה וְהַנְּכוֹן שְׁחַלְל הַשְׁמָתָה שֶׁלֹּא הוֹשִׁיעַ
ESRA: הוּא סְבִב עַל כֵּן כִּתְבָּא אֲזֶר שְׁעוּתָהוּ גַּם וְהַפּוֹזֵק עַל פָּרוֹשׁ הַצּוֹר
& blasphemavit corde & ore &c. **KIMCHIUS** explicat: imminuere & הַרְוִיד מְגֻרְלוֹתָהוּ deducere à magnitudine sua, cogitationibus, verbis, factis. **TARG.** HIEROS. כְּפָרוּ abnegarunt. **TARG.** ONKEL. וְאַרְגֵּן קָרְם הַקּוֹפָה דְּפִרְקָה irritavit blasphemavit, coram fortissimo redemptore suo. **VERSIO SAMARITANA:** וְdespexit robur liberationis sue. **SYRUS:** תְּמַלֵּךְ לְמַלְאָכָה בְּלִבְנֵי יִשְׂרָאֵל contumelii afficit potentissimum, qui redemit ipsum. Confer. Matth. XV. 4. Ubi τὸν ποιεῖται pro Gr. κακολογεῖ maledicere, convitiari adhibetur. **ARABS:** وَاسْطَطَ مُعَذَّبَةً غَوْنَةً ו rejectit fulcrum auxilii sui. *

LXX. INTERPRÉTES: οὐδὲ ἀπέση ἀπὸ θεοῦ σωτῆρας αὐτούς, οὐδὲ apostata factus est à Deo servatore suo. **TERTULL:** abscessit à Domino salvificatore suo. **EUGUBINUS:** sprevit, contempsit petram aut Deum salutare suum, aut salutem sive Jesum suum. **SEBAST. MUNSTERUS:** pro nibilo habuit. **VATABLUS:** ingratus fuit petrae salutis. **OLEASTER:** despexit, vel deject vel deturpavit Deum salutem suam. **BELGÆ:** hy heeft den Rotsteen syne heils versmaed. **LUTH. & PISCATOR:** er hat den Fels seines Heils gering geachtet. Sic quoque alii nec pauci. Viden' igitur, quam belle hic conspirent interpretes? omnes etenim in eo consentiunt, per τὸν γένος cuiuscunq[ue] generis contemptum, αἰτίαν, ignominiam, blasphemiam significari.

§. VII.

Quod si vero jam allatam verbi nostri significationem immi-
nuere noluerimus, id quod cuivis cordato sacrarum scripturarum
interpreti sedulo est cavendum: quid obstat, quo minus eandem

E 2

quoque

p. 282. WAGENSEIL. *Sota* p. 737. Cl. DACHS ad *Cod. SUCCAH* p. 481. seq.

Observes interim in transitu convenientiam τὸν γένος cum Arab. خَنَا obsceneus, fœdusque fuit in sermone, quæ notio egregie in rem quoque præsentem quadrat.

* **לְבָדָה** occidit, excidit, item removit, in IV. Conj. fecit, ut caderet. Quo-
senius magis convenire videntur cum primaria notione τὸν γένος, de qua paulo au-
te egimus.

(36)

quoque in omni emphasi nostræ pericopæ applicemus? Accipe
igitur nostrum יְנַכֵּל tam lata significatione, quâ sc̄etum illud esse,
cum plurimis interpretibus jamjam asseruimus, & ego tibi fa-
cili negotio *Rupem Salutis nullis non probris, contumeliis, blasphemias*, ab impia Jeschurunis progenie oneratam ex emphatica hac
voce vivide depictum ibo. Intueb̄re hac in imagine servatorem
nostrum variis modis à Jeschurune *contemtui* habitum *tum* respe-
ctu patriæ contemtibilis Joh. VII. 52, *tum* educationis Marc. VI. 3.
tum doctrinæ ipsius *salutifere* crimine violationis legis Mosaica no-
tatae Matth. V. 17, *tum* miraculorum artes magice & opera, coope-
rante *Beelzebule*, peracta audientium Matth. XII. 24. coll. Marc. III.
22. 30, *tum* denique respectu morum helluonem, vinipotorem,
publicanorum & peccatorum amicum, Jeschurune judice, arguen-
tium, Marc. II. 18. Præcipue vero hic oculis tuis contemplanda
objicientur varia illa *ignominiae* genera, quibus sanctissimum Serva-
torem nostrum, *rupem* illam *salutis nostræ* unicam, sub finem vitæ à
protervo Jeschurune oneratum fuisse, Evangelica contestatur histo-
ria, quando nempe ut latro gladiis & hastis *ignominiose* fuit ador-
tus Luc. XXII. 52. ut fur à militibus prehensus Joh. XVIII. 12. per
falsos testes blasphemiae accusatus Matth. XXVI. 60. 65. *contume-
liose* flagellis cæsus Joh. XIX. 1. quin imo tandem ceu omnium sce-
lestissima fæx populi inter duos latrones tali mortis genere, crucis
nimirum supplicio fuit affectus, quo nullum magis pudendum at-
que *ignominiosum* ab infrunta Jeschurunis procacitate potuisset
excogitari. En tibi rupem salutis impii Jeschurunis *contemtui*, *con-
tumeliis*, *blasphemias*, indignis modis expositam. En σαυπον και αἰχνην, ut Apostolus Hebr. XII. 2. loquitur, connexa! Mirare in-
tereā Mofen, non secus ac Evangelisten, omnia isthæc unica sub vo-
ce נָכֵל ut graphice, sic in compendio sistentem.

§. VII.

Imo vero, ut omnis ab hac interpretatione tibi abstergatur
dubitatio, superpondii loco eandem adhuc paucis juvat corroborata
tam dare, idque *tum* ex collatione cum aliis Prophetarum *Vaticinis*, in
quibus itidem Jeschurun *rupem* salutis sue contemptim rejecisse, at-
que omnis generis *convitii* & *ignominis* affecisse arguitur, *tum*
etiam ex insigni illius cum scopo Mofis convenientia. a) Cum *Vaticinis*

Pro-

๖๗

Prophetarum allatum verborum nostrorum sensum exacte congruere, sequentia loca ex iis deponita evincunt. v. g. Ps. XXII. 17. Ps. XL. 6. 8. Ps. LXIX. 8. 9. 10. II. 20. 21, ubi continua injicitur mentio *opprobriorum*, quæ Messias ab hostibus suis sibi preferenda conqueritur. Addi possunt Ps. LXXXVIII. 9. Ps. CIX. 2 3. & in primis Ps. CXVIII. 22. Et. L. 6. Et. LIII. 4. atque id genus loca alia, quæ sedulo divinioris scripturæ ruspatori non possunt esse ignota. Non minus etiam β) cum scopo Mosis dicta nostra explicatio convenit. Hic enim cum aliis non esset, quam ut causam petra salutis justificaret, secundum vs. 4.; Jeschurunem, vero דָר עֲקֵשׁ וְפֶתַח תְּהִלָּה generationem esse perversam atque *detortissimam* * secundum vs. 5. demonstraret; hinc ad utriusque confirmationem nil magis poterat stringere, quam si impiaj Jeschurunis posteritati vaticinaretur, Messiam quidem semet ipsis stitutum esse ut *rupem*, adeoque professurum se esse verum *Deum*, quin & ut *rupem salutis* omnibus ad se accendentibus & in se credentibus requiem & salutem sponsurum, atque eo ipso *opus perfectum*, negotiu n scilicet salutis inter ipsos moliturum; Ipsos vero *rupem salutis* non agnituros, quin potius ipsum ut falso sibi hanc dignitatem adscribentem *contemptum respecturos*, *calumniaturos*, *blasphematuros*, *infamia ultima maximeque nefario supplicio affecturos*, atque hoc ipso *nefando* atque *pudendo* crimen non solum *opus salutis* à Messia suscepsum promoturos, sed & semet ipsos *degenerem*, *depravatissimamque generationem* hoc modo exhibendo *eterna apud posteros infamia esse notaturos*. Conferri in hanc rem poterit Cl. TILLIUS in Phosphoro p. 76. seqq., qui in harum rerum implemto ostendendo prolixè occupatus hic nobis otia fecit.

§. IX.

Quis nunc ex haec tenus recitatis non videt, hanc radicem נְבָל plus in recessu habere, quam quidem prima specie prodit? At vero quis non mirabitur, quando audiet, haec tenus recensita emphaseos illius vix dimidiata constituere partem? Ut me vera locu-

E 3 tum

* פֶתַח תְּהִלָּה *contortissimum* seu *depravatissimum* significat; id enim repetitio Radi calium, quæ significacionem intendit, innuere videtur. vid. CLERICUS in h. I. LXX. optime reddunt διεργαμένην *perversam* sc. gentem, quo ipso nomine *Jeschurun à rupe salutis insignitur* Matth. XVII. 17. & Luc. IX. 41. nec non à Paulo ad locum h. Cantici alludente Phil. II. 15.

tum, re ipsa comprobem, prodeat nunc alia notio & prioribus specialior, & loco nostro ut applicabilis, sic omnino applicanda. Versatur nempe illa in *stultescendo, delirando, despiciendo, stulte agendo* &c. Quæ prono itidem alveo ex primaria notione vel *cadendi* vel *marcescendi* seu *contabescendi* defluit; à *cadendo* quidem, quia *stulta* ratio & mens quasi *cadit*, ita ut vel *stulta* vel *turpiter* agat: à *marcescendo*, quia in *stultitia* mens videtur quasi *marcescere*, id est, innatam vim atque fulgorem amittere. Significatus iste in sacris quidem literis non adeo frequens est. Occurrit tamen, grata ad primariam notionem *cadendi* allusione, Prov. XXX.32, אֲנַכְתָּנוּ בְּחִנְנָשָׁתְךָ, quem locum licet RALBAG verterit: *si cecideris* &c. rectius tamen, nostra quidem sententiâ, ABEN ESRA interpretatur: *si despisiisti in extollendo te.* Quo cum quoque CHALDAEUS facit, quando ita transfert: *לֹא תְהִרּוּם רְאֵת הַטְבָשׁ*, *ne extollaris, ut non despicias.* Hos jure merito LUTHERUS, PISCATOR, aliisque in versionibus suis sequuntur. Nec parum quoque hic significatus ז עַבְדָּן כָּל וְלֹא חַכְמָה עַבְדָּן populus stultus, וְלֹא sapiens. Interdum quoque talēm notat, qui *turpiter stultus* est, id est, flagitosus. Ita sumitur Ps. LXXIV. 18. & in aliis locis, * Posterior vero

* Exemplo suo hanc notionem confirmare poterit NABAL, quem à נָבָל *stultitia* nomen istud traxisse patet ex testimonio uxoris ipsius Abigail, 1 Sam. XXV. 25. כִּי כִּשְׁמָוֹן הָוֶה נָבָל שָׁמוֹ וְנָבָלה עָמוֹ quoniam sicut nomen, sic ille. *Nabal nomen ipsius, & stultitia cum ipso.* An istud nominis hoc omne à Parentibus infantī ipsi fuerit impostum, de eo jure merito dubitat Cl. PERIZONIUS statuens: Cognomen istud *Nabal* ex casu potius aliquo ipsi hæfisse, pristino & proprio ipsius nomine jam plane oblitterato; eodem modo, quo *Proteus* antea *Jolau*, *Eleætra*, Agamemonis filia, pristino nomine *Laodice*, *Chloris* Niobis filia olim *Melibea*, Olympias Alexandri M. mater antea *Myrtale*, *Priamus* Rex Trojanorum puer *Podarces* dicebatur, non aliter ac apud scriptores facros *Josue*, *Estheræ*, *Petri* & *Pauli* nomina postea præ eorum genuinis *Hosea*, *Hadassa*, *Simonia* & *Pauli* prævaluere. Hæc Vir Cl. in *Origg. Babyl.* Cap. VIII. p. 124. Mihi maxime videtur verisimile, NABAL pristinum & genuinum *Nabalis* nomen fuisse, idque etiam à Parentibus infantī fuisse impostum, non tamen tam malo omni, quatenus nimisrum *stultum*, sed quatenus *caducum*,

mor

vero נָבָל in genere stultitiam significat, in specie autem tales, que cum scelere, turpitudine & ignominia conjuncta est, ut stuprum, sacrilegium, nefas, &c. Vid. Jes. XXXII. 6. Gen. XXXIV. 7. Deut. XXII. 21. Job. XI. 10. &c. hinc & vulgatissima illa phrasis: נָבָל עֲשָׂה בִּשְׁרָאֵל quoniam stultitiam sive rem turpem patravit in Israhel. Gen. I e. Deut. XVII. 21. Jud. XIX. 23. 24. 2 Sam. XIII. 12. 13. &c. atque hoc sensu cum superius allata infamie, turpitudinis notatione coalescit, vid. FESSELIUS in *Advers.* loco supra citato.

§. X.

Quod si jam dicta atque firmata notione Radicem nostram נָבָל quoque loco sumserimus, tum vi conjugationis Pihel frequentem illa textui nostro assundet sensum: Et Jeschurun *stultum* habuit seu *tanquam stultum נָבָל tractavit rupem salutis sue*. De sensu isthuc admittendo, non est, ut multum anxxii simus; est enim ille *tum rei ipsi, tum vaticiniis Prophetarum, tum scopo Mosis convenientissimus*. α) *Rei ipsi* si applicetur, tum varii generis *ludibria*, quibus *Petra Salutis* aliquando erat exponenda, peregriegie hic de pinguntur, atque ita Moses noster spiritu propheticō jam tum prævidisset, Servatorem nostrum sanctissimum ab improbo Jeschurunc *ceu stultum tractatum iri*, idque futurum vel illusionē officii ipsius propheticī, velando ipsi oculos, & in os verberando Matth. XXVI. 67. 68. Marc. XIV. 65. Luc. XXII. 63-65. vel regii, induendo ipsum pallio purpureo, imponendo ipsi coronam ἀκαβύνη, porrigendo ipsi loco sceptri regii arundinem fragilem, ignominiose ipsum regem

mortalem, vi notionis primarię ες נָבָל cadere, denotare potest; Illud vero postea vel ab aliis hominibus, vel ab ipsa Abigaille ad Davidem ejusmodi quasi blamitiis placandum, in convitum fuisse detortum & pro mente lapsō sumtum, exsistim, stolidis interim Nabalis moribus ad id anfam præbentibus. Imo vero iure merito videatur dubitari adhuc posse, an *Nabal* tamē enormis fuerit *stultius*, ut inde nomen *Nabalis*, id est, *stulti* potuerit meruisse. Præterquam enim, quod nusquam legamus ipsum proprie sic dictum *stultus*, id est, mente captum, ἀφεντα fuisse, nomen ipsius נָבָל etiam in malum sensum detortum potest denotare *scelerum, flagitiorum, perversum, turpem*, &que ac נָבָל flagitium, scelus, turpitudinem signat, ut supra visum, sive hoc nomen נָבָל optime convenit cum descriptione *Nabalis*, qua vs. 3. & vs. 4. *הַוֹשֶׁךְ קָשָׁה וּרְעַמְלָלָת* אִישׁ חַבְלָעַ audit, atque ita Nabal ex Catalogo *Stultorum* in *Nebulonum* foret transcribendus. Uter titulus sit honestior, penes me non esto arbitrium. Ego haec in transitu,

gem salutando Matth. XXVII. 28 - 31. Marc. XV. 17. 20. Joh. XIX. 2. 3. 5. vel denique *apertis scommatibus* & acerbis *differiis* à præterituris & *ignominiose* ipsum in cruce pendentem adspecturis in illum jaciendis Matth. XXVII. 39. 41. 47. 49. Luc. XXIII. 35. 36. 37. coll. Ps. XXII. 18 &c. quæ omnia ex diligentí historiæ passionis inspectione nemini non possunt esse perspecta. 8) *Cum vaticiniis Prophetarum* non minus apte allata verborum nostrorum interpretatio cohæret. De eo qui dubitat, is inter alia conferat Ps. XXII. 7. 8. 9. LXIX. 8. 10. 11. 12. 13. 20. Ps. CIX. 25. Jes. L. 6. & sic porro. In omnibus hisce locis *rupem salutis de fannis & ludibriis* hostium suorum acerbe conquerentem deprehendet. Convenit denique γ) dictus verborum sensus *cum scopo Mosis*. Hic enim, ut supra jam tetigimus, cum aliis non esset, quam ut Jeschurunem de *perversitate* atque *stultitia* vs. 5. 6. in rupem salutis commissa convictum redderet, atque exinde vias Dei cum iplo instituendas justissimas esse declararet; hinc ad illud probandum atque confirmandum nil fortius strin gere poterat, quam si vaticinando ipsi objiceret, quod eò demum *stultitia & protervia* esset processurus, ut *ipsam salutis rupem* ceu *stultum quibusvis fannis* esset excepturus, & ut talem, אשר עשׂ נבל בישראל qui turpem stultitiam in Israele patrasset, Jos. VII. 15. Deut. XXI. 21. *Supplicio stulte agentibus pro ratione malesanæ actionis statuto* ple xurus, atque ita re ipsa comprobaturus, se revera esse רור עקש generationem perversam ו distortam; immo vere נבל ופהרתה populum, stultum, ו non sapientem.

§. XI.

Sic igitur, ut recitata haec tenus in compendium redigamus, una cum præcipuis Radicis nostræ נבל notionibus longe maximam quoque passionis Messianæ partem contemplationi subjecimus, vidimusque hucusque *rupem salutis* non solum variis Jeschurunis machinationibus ad ruinam ipsius & totalem easum tendentibus obnoxiam; sed & omnis insuper generis *contemptui, opprobriis, flagitiis & sceleribus*, quin imo *fannis & ludibriis quibusvis expositam*. Omne jam punctum fortean tulisse videremur, perfectamque adeo in brevi נבל tabella passionum Servatoris nostri imaginem delineasse, si nunc quoque ipsum mortis genus, *supplicium scilicet crucis*, quod quasi omnium criminum à Jeschurune in Petram Salutis sue commissorum fuit comple-

plementum hic sistere possemus contemplandum. At vero de hoc ipso nec dum desperamus, præcipue si sumserimus nobis potestatem, omne illud, in quo Lingua Hebraica nos hic destituit, ex Linguæ Arabicæ, seu legitimæ matris Hebrææ filiæ, penetalibus resinciendi. Arabibus autem **ذَبَّلُ** ut eo nunc deveniamus, secundum primam & propriam ejus indolem significat: *jaculatus fuit, sagittis petivit aliquem.* Hinc **ذَبَّلْتُ** *sagittam, نَابِلْتُ* *sagittarium, ذَبَّالْتُ* *habentem sagittas &c.* denotantia descendunt. Quoniam vero ille, qui *jaculis confossus* est, inde facile mortem oppetere solet, hinc **ذَبَّلْتُ** in III. & VIII. Conjug. denotat *mortuus fuit*, eoque significatu idem est cum **قَتَلْتُ** *Hebr. קָטַל* *occidit, interficit, unde قَتْلُتْ* *cades,* quod ARABS de *homicidio Barrabæ* **قَتْلُنْتُ** *نَعْسٍ* Marc. XV. 7. usur-

pat, notante GOLIO in Lexico. Coincidit propterea **ذَبَّلُ** cum phrasii illa, quam legimus in HIST. TAMERL. p. II. **خَرَقَ** *transfixit eum duabus sagittis.* Ejusdemque adeo est potestatis cum Hebr. **יְרֹה** & **טוֹרֵה** *jaculatus fuit, חִצּוֹן discidit, excidit, truncavit:* Pih. *ejaculari, significazione ex derivato חִצּוֹן defumta:* nec non cum phrasibus **יְרֹה הַחֲצִים** *jaculari sagittas* 1 Sam. XX. 36. & **שֶׁרֶחֶת חַצִּים** *emittere sagittas* 2 Sam. XXII. 15. & sic porro. Denotatque ita **נַבְלָל** proprio *sagittis aliquem transfigere, transverberare, perforare. **

F

§. XII.

* Non quidem hic significatus **נַבְלָל** in Ling. Hebr. quantum scimus, amplius est superflues. Videtur tamen aliquatenus stabiliri ex notione *cadendi*, quam supra huic Radici vendicavimus, & ad quam etiam omnes allatae notiones tanquam ad caput suum reduci percommode possunt, quod hic in transitu monemus. Et enim notio *cadendi* est generalior, & hinc translata videtur, *tum ad res marcescentes* v. g. flores & folia, qua cito *marcescunt* & *deinceps decidunt*: *tum ad tales, qui aut mente lassæ, id est stulti, aut quoram auctoritas & dignitas cecidit, id est contempti, scelasti, ignominiosi, turpes &c. habentur: tum denique ad illos, qui aut præ languore ceciderunt, id est, delassati, aut qui occiderunt, id est mortui* censentur. Nullum interim hujus radicis est derivatum, quod ex harum notiōnē una significationē suā non possit pertraxisse. De **נַבְלָה, נַבְלָל**

§. XII.

Quod si hanc notionem nunc textui nostro applicemus, tum hunc fere sensum verbis nostris subesse deprehendimus: זִנְבָּל צַר וַיָּוֹעַת ו sagittis petivit, confudit, perforavit rupem salutis suæ, depingereturque adeo peregriegie figurata hac locutione *ipsum mortis genus, supplicium scilicet crucis*, quo *Rupem Salutis*, benedictum Servatorem nostrum à Jeschurune suo aliquando affectum iri augurabatur Moses, tum quando manus & pedes ipsius clavis ceu sagittis jaculatoriis diræ illi atque nefandæ crucis trabi affigendi, tum cum latus ipsius נָזָק eset aperiendum, & quasi sagittis perfodiendum. Hunc vero sensum ex allata phrasí percommode fluere, non est, opinor, ut prolixè à me demonstretur, opus. Sive enim illa consideretur, quatenus actum involvit hostilem & bellicum, sive quatenus supplicium quoddam aut

& בּוֹל illud jam antea evicimus. Unicam, נִכְלָה, quod utrem, lagenam, amphoram argillaceam & Nablium denotat, non nihil negotii nobis facilius videatur. At vero & illud facile conficitur, si hoc modo ejus notiones subordinaverimus ponendo, quod נִכְלָה, quatenus utrem, lagenam signat, hanc notionem sumserit ex בּוֹל, marcescere, flaccescere, cum enim 1 Sam. X. 3. XXV. 18. 2 Sam. XVI. 1, legatur, so נִכְלָה ad vinum condendum & in itinere portandum tuisse adhibitum, credibile quoque est, illud ex tali materia constitisse, qua fractionem non facile admitteret. Illa vero probabiliter statuitur corium fuisse, ex quo utres confecta fuisse novimus. Quemadmodum verò illud naturâ suâ marcidum & flaccidum esse solet, hinc & utres inde confecta non poterant non marcescere & flaccescere, præcipue, quando vinum frequentius illis infunderetur, atque deinceps iterum exinde depromeretur. Quod vero notionem testæ sive amphoræ argillacea attinet, quam ipsi tribuendam esse, epitheta יוֹצֵר figulus & שׂרֵר testa 1. Jerem. XXX. 14. Jerem. XLVII. 12. Thren. IV. 2, evincent, illa procul dubio ex similitudine formæ cum utre aut lagenæ est subnata. Denique notatio instrumenti Musici, quod plerumque Nablium censetur fuisse, huic voci hæsisse videatur vel à foramine, quo halitus exceptit, vel à cavitate ventris, vel à forma, quæ forsitan cum lagenæ aut testæ argillacea communia habuit. Omnia hic ad conjecturas redeunt. Si enim certiora de Musica Veterum Hebræorum nobis constarent, procul dubio quoque certiora de hoc instrumenti genere ejusque nomine afferri possent. Nobis interea sufficiat, hoc modo illud ad originem suam retruisse. De ipso hoc instrumento qui informari cupit, is adire poterit CALMETUM in diff. de instrumentis Musicis veterum Hebræorum præfixa Tomo comment. lit. in Psalmos, TILLIUM in Musica Vet. Hebr. p. 446, seq. Cel. LAMPIUM de Cymbalis, Doct. DACHSIUM ad Cod. SUICCAH p. 463, seq. BUXTORFIUM in Lexico Rabb. MARTINIUM in Lexic. aliasque.

aut poenam innuere potest militarem, * perinde est, utriusque respectu tum rei denotandæ, tum scopo Spiritus Sancti deprehenditur aptissima.

* Phrasin *Jaculari, petere aliquem sagittis aetum hostilem dicere, ex antiquo sagittarum usu in bello liquet.* Vid. LYDIUS de re milit. Lib. III. Cap. IX. p. 118. Inde vero ad gravissimorum malorum & judiciorum etiam divinorum immisso- nem transferri, praeter RAVANELLOM in Biblioth. S. docuit Cel. LAMPIUS in Comment. ad Ps. XLV. vñ. 6. *Executionem quoque poenæ aut supplicii aliquius eandem involvere, verisimile facit locus Exod. XIX. 13.* **או ירֵה וְרָא** *aut omnino conficietur jacula.* Quæ phrasis à Paulo LXX. INTERPP. sequento Hebr. XII. 20. redditur: **בָּזֶבֶד נַצְבָּאֵת וְנַצְבָּאֵת.** Et si rei militaris scriptoribus fides, tum *sagittis enimus configi omnino etiam inter poenas militares erit referendum, responebitque adeo illi supplicii militaris generi, quod etiamnum in usu est, dum noxiū pale alligant, & in eum tanguam in scopum reliqui omnes milites sclopætarii seu bombardarii globos emittunt.* Vid. STEWECHE ad VEGET. p. 191. edit. Antw. Quin imo si MENOCHII conjectura locum habet, tum hoc ipsum supplicii genus idem foret cum *vindicta illa*, quam David contra cives Rabbat Urbis Ammonitarum 2Sam. XII. 31. exercuisse legitur **וְהַעֲבֹר בְּמִלְבָד**, quæ verba à LXX. INTERPP. **דִּינְגָּזֶר אַתְּשָׁאָה** *rebus* redita citatus ME NOCHIUS verit: & traduxit eos in typo laterum, putataque illis nil aliud significari, quam Davidem mandasse, ut per ordinatam militum aciem quadrangularem & laterum typum ac figuram ■ referentem medi transirent Ammonitæ, & militum Israelitarum *hafis telisque configerentur & occiderentur:* non aliter atque in illo militaris poenæ genere obtinet, quod Itali vocant *pas- far per la pice.* Conjectura hæc non displicer LYD.O de re milit. p. 197. 198. Quicquid hujus rei sit, saltē si postremum hoc firmo staret talo, tum eo sensu nostro quoque loco hanc phrasin ad figuratam crucis Christi descriptionem à Mo- se nostro adhibitam censuerim, idque præcipue ea de causa, *quia longe plurimam passionum servatoris nostri partem poenis Romanorum militaribus non absimilem deprehendimus.* Quemadmodum istud de flagellatione, fustigatione, crucifixione collatis cum poenis iisdem etiam militaribus, de perfosse lateris Christi collata cum sanguinis è vena cæsa missione, antiqua itidem militari animadverſione, nec non de edactione ipsius extra urbem comparata cum hyberna- tione militum extra oppidum vel castra, aut etiam cum ipsa eorundem ad mortem damnatorum extra castra relegatione & punitione, & sic porro, prolike à me probari posset, nisi brevis esse constitutum. Saltem hæc omnia eo magis sunt probabili, si consideremus, tum quod scelestissimi illi homines, quorum arbitrio & iudicatu sanctissimus Servator noster erat permisus, fuerint milites Romani; tum quod ipse Pilatus iudex, cuius iusl & permisus tam male habeatur, itidem fuerit Romanus, & propterea quoque in poenis irrogandis militaribus militibus suis Servatorem nostrum non voluerit absimilem. Ne nunc dicam de frequenti allusione ad rem militarem, Paulo imprimit familiari, quando de cruce Cibri-

N Phrasin hanc rei designatione esse congruam, ex duobus potissimum evinci potest argumentis. (α) Quia supplicium crucis, quod hic innui putamus, in scriptis propheticis ubivis sub ejusmodi locutionibus figuratis amat latere. Id uti nemini non est manifestissimum, ita liquidissime patebit ex ipsa eorundem inspectione. Locus prae aliis πολεμοντεσ est Ps. XXII. 17. סְבָבּוּ נַעֲמִים עַד מֶרֶשׁ תְּקִיפּוֹן כִּי אָרוּ וְזַי וְגַלְדֵי quoniam circumdederunt me * canes, cætus maleficorum cinxerunt me, PERFOSSUM manus meas & pedes meos. ** Referendus etiam huic est Ps. LXIX. 26. 27. Sit palatum corum desolatum, & in tentoriis eorum ne sit habitans: כי אתה אשר חותת רְפָאָה וְאֶל מִכְאֹב חַלְיוֹךְ יְסַפְּרוּ quia eum, quem tu percussisti, persequuntur, & ad dolorem PERFORATI tui narrant. *** Confer cum hoc loco Ps. LXXXVIII. 6. בְּמִתְהִים חָפֵשׁ כִּמו חַלְיוֹת Extiti in mortuis liber, ut PERFORATI. **** Minime prætereundum est Caput LIII.

Je-

* Ipsi sermo est. Confer Gal. VI. 17. ἐγώ γάρ τα σιγματα τη Κρυπτή τω σωματικών βασιλέων, & Coloss. II. 14. 15. & 2 Cor. II. 14, ubi Crux Christi triumpho comparatur. Ad priorem locum vide LYDIUM de re milit. Lib. I. Cap. VI. p. 30, & D' OUTREINUM Embl. S. T. II. p. 132. Ad posteriora vero loca eundem LYDIUM p. 211. seqq.

* Non male forsitan סְבָבּוּ hic reddi posset: transfixerunt vel vulneribus confixerunt me. Illa enim notio in Arabico سَبِّبَ adhuc conservata est, & secum obtinere potest Ps. CXVIII. 10. 11. 12. & Ps. CIX. 3, verba odii סְבָבּוּ pungunt, vulnerant me. Nec non Job. XVI. 13, וְסַבּוּ עַדְיִ רְבִין transfixerunt me lanceæ ipsius, vid. Cl. SCHULTENS ad h. I. Jobi p. 44.

** Ita quidem optime hic locus redditur ab OTTENO in Crit. S. p. 13. & post ipsum à Doct. OUTHOVIO in Bibl. Brem. T. V. p. 412. Quibus & calculum suum addit Cl. PRÆSES, qui ibidem simul magno numero illos excitat Auctores, qui in voce קָרְבָּן enodanda desudarunt. Clar. SCHULTENS tamen dif- fentit, & integrum locum ad hunc modum ordinari mallet: Nam circumdederunt me canes: coetus maleficorum comminuerunt mihi, Leonis ad instar, manus pedesque meos. Arabibus autem תְּבִנְתִּי hoc significatu gaudere, docet in Origg. Hebr. p. 336. seqq.

*** Notionem perforandi, quam πέλλει tribuo, solide adstruxit Cel. VITRINGA Obf. SS. Lib. II. Cap. IX. p. 378. seqq. & in Comment. ad Jes. LIII. 5. Conferuntur & ea, quæ Cel. PRÆSES de eadem obseruavit in Bibl. Brem. T. I. p. 44. An hoc notio quoque locum habere possit Deut. XXXII. 18. צָרָ וּלְרֹתָן תְּשִׁירָל

**** Vid. Cl. VITRINGA Obf. SS. Lib. II. Cap. IX. §. 20, seqq. qui hunc locum de passionibus Messiae explicat peregriegi.

• Jesaiæ, ubi מִשְׁפָּטֵינוּ Messiaæ tam vivide delineantur, ac si historia illorum, non prædictio ibidem extaret. Notandum in primis est versus ejusdem stus: וְהוּא מַחֲלֵל מִפְשָׁעֵינוּ est propter defectiones nostras. * Addi his omnino, si quis alias, mereatur locus Zach. XII. 10. וְהַבִּיטוּ אֱלֹי אֶת אֲשֶׁר רְקֹדְנוּ וְהַבִּיטוּ אֱלֹי intuebuntur in me, quem TRANSFIXERUNT. ** Nec non Zach. XIII. 6. ואָרוּ מִרְאֵן הַמְכֹת הָרְהָרָה בֵּין יָדֵיךְ וְאֶמְרֵךְ אֲשֶׁר בֵּית פָּהָרָי
 וְdixit ad illum, quenam sunt plague illæ in manibus tuis? וְdixit: qui-
 bus percussus sum in domo amantium me. Hic crucem Christi innui, quis negaret? *** Sunt etiam alia loca non pauca, quæ supplicium crucis Christi, licet non ita direcťe innuant. v. g. Jes. LII. 13. חַנְחָה וְשִׁכְלָה עַבְרוֹ רֻומָּן וְנִשְׁאָן וְגַבְהָה סָאָךְ Ecce prudenter aget servus meus: EXTOL-
 LETUR וְelevabitur ac exaltabitur valde. **** Præterea Jes. LIII. 3. מִרְכָּא, ubi Messias vocatur איש מִכְאָבוֹת vir dolorum ***** sic vs. 5. attritus dicitur coll. vs. 10. & ibidem ipsi חַבּוּרָה vulnus & vers. 8. נַגָּע plaga adsignatur. ***** Huc etiam spectat, quod versu sto crux

F 3

Chri-

* Et ad h. l. vid. cit. VITRINGA in Obs. S. I. c. §. 23, seqq. ubi observat, quod significare etiam possit ferro perforatum, idque probat ex Jes. LI. 9. ubi מַחֲלֵל הַנֶּן וְvulnerans draconem innuit læsionem draconis mortifera, quæ fit ferro, vel, secundum Ezech. XXIX. 4. uncis, vel alio quovis modo. Sic usurpatum מַחֲלֵל censet Prov. XXVI. 10. sagittarius omnia vulnerat. Et Ezech. XXVIII. 9., ut & Cap. XXXII. 26. חַלְבָּר interenti gladio. Hæc si citato Jes. loco applicentur, tum חַלְלָב ejusdem fere erit potestatis, cuius & nostrum esse נַכְלָה superius diximus.

** Vox רְקֹדְנוּ proprie valet ῥιγμωνει, ισχυτιν vulnerare, transfigere, personare. Vid. VITRINGA l. c. §. 31.

*** Solide illud demonstratum dedit Doct. MANGERUS in diff. ad h. l. habita Bremæ 1725.

**** De exaltatione Christi in cruce hunc locum interpretatur Cl. VITRINGA in Comment. ad Jes. I. c. & in Obsf. SS. I. c. §. 30.

***** LXX. INTERPRETES אַדְגָּזָה וְאַדְגָּזָה, proprie vir dolorum ex vulnere scilicet, etiam enim quandoque significat ex vulnere dolere ut Gen. XXXIV. 25. & Jeren. I. 8, ubi à CHALDÆO per חַבּוּרָה, violentam fracturam, quoad homines gladio, & quoad ædificia igne conficiendam, effertur.

***** נַגָּע LXX. INTERPRETIBUS μάλαστα significat, & retinetur à Petro i Epist.

II. 24. SYRUS reddit per vocem نَجْعَةَ quæ est ab Arab. سُوْمَه belligerare

Christi poena exemplaris dicitur מוסר שלומנו עלינו poena exemplaris pacis nostra super ipsum est. * Adde, sis, locum Ps. CXVIII. 22. ubi Messias אבן מאסו הבונים lapis, quem reprobarunt adficiantes, audit. ** Quin imo nec ipsi etiam scriptores N. T. in descriptione crucis Christi raro similibus utuntur locutionibus. Confer Joh. XIX. 37. & Apoc. I. 7. ubi crux Christi per ἐκεντητον exprimitur. *** Sic Vulnera Servatoris τυπος των ήλων Johanni audiunt. Joh. XX. 25. & Petro μωλωπεις 1 Pet. II. 24. Lateris Christi perfoſſio per νυσσειν effertur Joh. I. c. vſ. 34. & sic porro. **** Vides igitur, quam belle cum figuratis hisce crucis Christi periphrasibus Prophetarum nostra quoque Vaticinii Mosis explicatio conveniat.

§. XIII.

Nec minus (β) in emblema RUPIS, sub quo Messiam heic latere supra fulius adstruximus, producta verborum nostrorum interpretatione quadrat. Illud ut rite percipiatur, pauca omnino de peculiaribus quibusdam petrarum qualitatibus hic erunt praestruenda. Constat nimirum inter omnes, petris ſepſimē aperturaz, fissuras & cavernas

(Rüſſ,

& inde vulnus accipere, observantibus RAPHELENGIO in Lex. p. 228. & TROSTIO in Lex. p. 628. Ab ARABE vero significantius voce *جَرْجَرْ* vulnera ex

Rad. *جَرْجَرْ* vulneravit, & metaphorice vulneravit ditterius, contitius, exprimitur.

* Vid. VITRINGA Obs. S. I. c. § 28. 29.

** το ΜΑΝΙ hic idem est, quod ἀνδροπεγέν, ut patet ex hujus loci versione Matth. LXI. 42. Itud vero a sacris scriptoribus indirecte refertur ad crucifixionem. Conf. Marc. VIII. 31. Luc. IX. 32. 1 Pet. II. 4. Vid. Auctores à Cel. WOLFIQ, splendidissimo cummaxime Hamburgensem ornamento, in Curis Crit. in Matth. I. c. p. 308.

*** Vid. Cl. WOLFUS in Curis Crit. in h. I. p. 986. seq. HEINSIUS in Exercit. Sacri, in h. I. p. 954. VOETIUS P. II. Select. dijip. Theol. de perfoſſo Christi latere p. 198. Cel. LAMPIUS in Comment. aliquie.

**** Νύροις de maximo vulnere usurpatur HOMERO Iliad. A.

نُزَّةٌ مِنْ نَارٍ خَلَقَ لَهُنَّا أَخْرَقَهُمْ إِنْجَدَرْ Unde INTERPRES ARABUS optime transfert per طعن و تفون perforavit, con-

fudit eum scilicet miles. طعن enim notat confudit, infectatus fuit, basta. De ipſa hac voce νυροις conferantur Auctores à Cl. WOLFQ excitati in Curis Crit. in h. I.

(Klüfften) assignari. Haec cavernae sive natura factae, sive manibus hominum efformatae antiquitus insignem præstabant usum. Serviebant enim illæ non solum commorationi & occultationi hominum, ut patet ex Exod. XXXIII. 22. i. Chron. XII. 15. i. Sam. XIII. 6. XXII. 1, 2. XXIII. 14, 15. XXIV. 1. seqq. Jes. II. 10. XXII. 16. Jer. XLIX. 16. Obad. vi. 3. Judith. IV. 5. i. Macc. II. 36; sed & columbarum, quæ etiamnum se in illis occultare, confuevere, ut ab insidiis accipitrum, ab æstu solis, tonitruis, tempestatibus & rabie ventorum tutæ atque testæ conserventur. * Præterea quoque Petre illud sibi peculiare habent, ut non solum oleum & mella stillent juxta Capitis nostri vi. 13. coll. cum Ps. LXXXI. 7. sed & fontes exinde erudent, qui sibi meatus struunt per lapidum rimas & petrosæ terræ fissuras. Id quod tam experientia, quam Sacra literæ testantur. Sic in historia populi Dei legimus, rupem in desertis Arabiae Mosis baculo percussam, atque fissam aquas magna dedisse copia Exod. XVII. 6. Ad quod non semel alluditur in Psalmis, velut Ps. LXXIV. 15. אתה בתקת בקעת מעין ונחלה tu fidisti fontem & torrentem. Ps. CV. 41. בתרח צור ווּבוּ מים aperuit petram & profluxerunt aquæ. Psal. CXIV. 8. החרב כי הרכז אגס-מים חלמיש למעינו מים-qui convertit rupem in stagnum aquarum, silicem in fontem aquarum. ** Quæ omnia tam nota sunt, ut verbum de illis adjicere pingeat.

§. XIV.

* Consuli in hanc rem præter Emblematum Sacrorum Scriptores supra citatos me-
retur Job, WEICHARD, VALVASOR in Gloria Ducatus Carinthia T. II. 17. 33.
50. 68. IV. 5 — 8. & in specie de columbarum in petris diversorio Tom. III.
pag. 450.

** An hoc quoque tendat locus Zach. III. 9. כי הנה האבן אשר נתנו לפני עניט הנו מפתח תורה נאמן
וهو שער על אבן אחת שכעה עניט הנו מפתח תורה נאמן
nam ecce lapidem quod attinet, quem posui coram Josua. super lapide uno 7. FONTES sunt. Ecce APERIO APERTURAM ejus dixit Jebo-
vah exercitum, quæ sententia est Cl. VITRINGÆ Obs. SS. Lib. I. Cap. IV.
p. 193, illud nunc quidem in medio relinquo. Saltem ḥoc significatu
fissoris, & metaphorice ebullitionis fontis alicuius ex petra sive ex loco saxoso
pollere, illud suo tempore prolixius ostendemus in Diff. nostra de fonte Siloah
Cap. IV. quod aget de locis S. S. in quibus ad hunc fontem alluditur, & inter
quæ etiam referendus Zach. XIII. 1. ubi Messias, מכוֹר נְפָתַח, fons apertus, id
est, fissus & scaturiens appellatur.

§. XIV.

Recensitae autem rupium terrestrium proprietates, tales sunt, quae omnino quoque in nostra *Petra salutis*, si quidem alias perfecta fuerit *rupes salutis*, spirituali modo locum habere debent. At vero uti frustra illas quæsiveris, nisi dictum verborum nostrorum sensum adoptaveris, ita, eodem admisso, uno quasi halitu à Moysi nostro tibi ab oculos sistentur. Quemadmodum enim (a) (ut & hæc levi brachio percurram,) petra & parvas fissuras seu rimas & etiam magnas speluncas atque cavernas habere solent, ita quando Moses ait, *Jeschurunem rupem salutis per crucifixionem quasi jaculis perforarum esse*, insimul innuit, Servatorem nostrum ceu unicam *salutis petram* non solum parvas fissuras accepturum, dum sanctissimum ipsius caput spinea corona compungendum, totum ipsius corpus virgis & fustibus misere lacerandum dilaniandumque, manus præterea ipsius & pedes clavis perforati nefandæ crucis trabi affigendi; sed etiam futurum esse, ut magnum foramen & cavernam in latere adipiseretur, quando illud ab impio sanguisugo milite lancea perforeretur. * En igitur foramina petre spiritualis, vulnera scilicet Servatoris, in quibus fideles ceu columbae spirituales tuti commorantur, sarti teatique conservantur tum adversus insidias omnium suorum bossum, & in primis Diaboli tanquam infernalis accipitris, tum contra æstus solis

* Si versio LXX. VIRALIS firmo staret tali, tum egregie hoc faceret locus Jes. LI. vs. 2. חִכּוּתוֹ אֶל צָרְחַתָּם וְאֶל מִכְתֵּב בָּור נְקֻרָתָךְ נְקֻרָתָךְ
 οὐ εἰς τὴν σάρκα περγαν, ἐν ἐλατούποτε, καὶ εἰς τὸν Εὔφορο τὸ λακκό, ὃν εἴενται, inspicite in solidam petram, quam excidisti, & in foream laci, quam fodisti. Multi PATRUM & hos secutus GULICHUS intelligent per rupem & lacum Iesum Christum à Judæis pessime habitum, crucifixum, lancea transfossum, atque ita excisum, effossum. EUSEBIUS Cesarensis hic præterea cogitat de petra illa, in qua repositum, resuscitatumque fuit corpus Domini. Sed cum VERSIO GRÆCA hic procul dubio ob lectio[n]is vitium in צָרְחַתָּם וְאֶל מִכְתֵּב situm sit corrupta, hinc rectius & verius haec verba redduntur: οὐ οὐς ἐλατούποτε, & οὐδὲ εἰσεκοπη. Cl. COCCEJUS, non obstante hac versione, de Christo hic cogitat, dicens: Sed potest etiam Christus ipse intelligi, qui est rupes salutis, ex cuius lateri, tanquam ex foramine cisternæ profluxit Ecclesia, nam Ecclesia nativitas pendet ex Christi sanguine. At vero, quia prior sententia nititur hypothesi Versionis Grecae; posterior autem COCCEJI nimis est coacta, hinc rectius per Rupem hanc Abramamus intelligitur, vid. Clar. VITRINGA ad h. I.

solis & imminentia tonitrua tam iræ , quam legis divinæ ob
comissa peccata perniciem ipsis in conscientia intonantia, tum deni-
que adversus rabiem tempestatum, imbrum atque furorem ventorum, id est,
persecutionum, adversitatum atque misericordiarum, quibus in hoc
mundo adhuc sunt obnoxii. Hæc sunt Foramina illius petræ, (εμ-
φαντος ρόσλע) in quibus sponsa Christi ad instar columba latere di-
citur Cant. II. 13. יונת חנו הצלע בסתור המרגנָה columba mea
in foraminibus illius petræ & in latibulo precipiti. * (b) Quemadmo-
dum præterea ex fissuris & foraminibus petrarum mel & oleum, imo
fontes aquarum profundunt, ita quoque secundum Vatem nostrum fu-
turum erat, ut ex Messia tanquam rupis salutis per Jeschurunem in
cruce transfixæ & perforatae vulneribus, non solum aquæ sanguineæ &
sordibus peccatorum ad justificationem mundantes proflue-
rent, sed & mel & oleum donorum Spiritus Sancti ad sanctificatio-
nem exinde ad fideles redundant. Ecce! quam secundum sen-
sum phrasis nostra ad emblema rupis relata fundat, si eo, quo di-
ctum est, modo explicetur.

§. XV.

Quemadmodum autem phraseologia nostra rei significandæ,
suppicio nimirum crucis, est exacte conveniens; ita rem quoque
eadem denotatam non minus Scopo Spiritus Sancti in hoc cantico congruere,
nunc secundo loco □ adhuc paucis erit probandum. Quem in finem

G

iii

* Novi equidem perbene, quod multi interpres per רגנו רסלע foramina il-
lius Petræ hic vulnera Messiae non intelligent, sed in metaphorica potius locu-
tione subsistentes illa de quovis refugii loco interpretentur. Neque etiam me la-
tet, quod sapientis jama laudatus Cel. SCHULTENS in *Animadverg. Philol. Crit.*
in h. I. pag. 282. & ad Esa. XIX. 17. p. 334. seq. τὸ οὐρανὸν absque fundamen-
to per foramina five fissuras verti existimet, cum illud ex Arabico حس
configuit, proprie denotet loca refugii, asyla, atque ita cum sequenti
latibulum sit Synonymum. At vero, quando perpendo, quod illud discrimen
inter foramina petrarum & inter asyla non sit adeo magni momenti, cum fo-
ramina five fissura petrarum nil sint nisi asyla & loca refugii, tum non video,
cur à vulgata sententia discedamus. Præcipue cum sensus longe secundior in-
de resulet, si per foramina petræ seu asyla refugii vulnera Messie intelliga-
mus. Unde & PATRIBUS GREGORIO, BEDÆ, CASSIODORO, BERN-
HARDO &c. tam luculentæ piarum meditationum in h. I. subnata est feges, quas,
etsi explicationem nostram non parum confirmat, ob residuarum tamen Differ-
tiationis nostræ paginarum paucitatem adducere non licet.

in memoriam adhuc semel revocamus, quæ jam in antecedentibus sunt inculcata, scopum nempe Mosis per totum hoc canticum in eo decurrere, ut vias Dei coram populo Israelitico justificet, ipsumque de perversitate sua, ingratoque in *rupem salutis* animo redarguat. Huic jam scopo convenienter duplice modo verba nostra accommodamus, *tum* relate ad Messiam, *tum* relate ad populum Israeliticum. (α) Quidem relate ad *Messiam* allatum verborum nostrorum sensum insignem emphasis habere, illud patescit, *tum* quando perpenditur, quod Moses eidem vs. 4. adscripterit *Opus perfectum* *הצֹר הַמִּים בְּעֵלָו* vocans, quo *negotium salutis* præcipue innui, ex iis, quæ Cel. LAMPIUS in *fæd. grat.* P. III. Cap. IX. pag. 480 seq. in h. l. est meditatus, supponimus, *tum* quando attenditur, quod Moses Messiam in tmemate nostro vocet *Rupem Salutis*, adeoque iterum spectet *negotium gratiae*, quod per *passiones Messie* in cruce executioni præcipue datum. Jam vero, quemadmodum *opus salutis* non poterat esse *perfectum*, neque Messias ipse in omni emphasis *rupes* sive *causa salutis* audire, nisi eo, quo dictum est, modo per *passiones in rupem salutis* præparatus; ita credibile quoque nullo modo est, Mozen hic tacere voluisse *crucis supplicium*, cuius perpessione demum omnigena *salus* pio Jacobidarum semini plenarie erat acquirenda, atque ita per manus impiorum Jeschurunis posteriorum, quibus decretum Dei non erat perspectum, *negotium salutis* in effectum deducendum. Quando itaque Moses ait, *Jeschurunem rupem salutis sue confossum esse*, id est, *crucifixurum*, tacite videtur insinuare voluisse, quod Messias eo ipso plenarie in *rupem salutis* foret *adaptandus*, atque in *Autorem salutis* ipsam non adsperrnaturis *constituendus*. Nec minus quoque (β) relate ad *populum Israeliticum* hac explicatio scopo Mosis convenit, quatenus nempe in eo erat, ut eidem recensione variorum beneficiorum ingrati animi vitium in *rupem salutis sua* exprobraret. Quem in finem inter alia beneficia, quibus à Rupe *salutis sua* fuerat mactatus, versu quoque 13to recensuerat, *quod dedisset ipsi mel sugere ex petra, ו oleum ex duro lapide petra.* וַיַּקְרֹב רְבָשׂ מִכְלָע וְשִׁמְןָ מַחֲרַמִּשׁ צָרָה Pro hoc vero beneficio, jam Moses noster vaticinatur, tantum abfuturum, ut gratum contestaturus esset animum, ut è contrario potius ipsam hujus *salutis rupem*, quæ ex fissuris & cavernis petrarum hanc *salutem* ipsi fluere

fluere juss erat, ingrato atque nefario prorsus modo esset perforatus, clavis nefandis fissurus, atque ita ex crucis supplicio omnimode necaturus.

§. XVI.

Satis igitur superque nunc liquet, non solum quam plurima, & quidem maxime memorabilia, quae circa passionem Servatoris contigerunt, sub emphatica nostra voce נבל prædicta contineri, sed & ipsum crucis supplicium figurate depictum teēte sub eadem latere. Videri nunc fortasse possemus, totam Radicis nostræ נבל vim atque potestatem ad fundum exhaustisse, atque id, quod demonstrandum suscep eramus, demonstrasse. At vero, uti tota Saera Scriptura inexhaustus Divinioris Sapientiae fons est, ita & hæc ejus pars adhuc plura videtur in recessu habere, quam quidem ha-ctenus sunt recensita. Putamus nimirum, non solum mortem Servatoris nostri, sed & ipsam ex ea gloriosam resurrectionem peregregie hic insinuari. Illud ut tribus verbis adhuc evincamus, observari velim, quod supra §. 3. jam fusius probatum ivi, Radicis nostræ נבל propriam & nativam notionem in τῷ cadere versari, idque non solum de fatigatis & ex labore desessis, sed & interentibus aut morientibus prædicari. Jam vero notum est, casum non semper dicere casum totalem & interitum, sed tacite simul involvere possibili-
tatem resurrectionis illius, qui cecidit. Exemplo sit ipsa resuscitatio cor-
porum nostrorum, quæ proinde toties *avasoris* resurreccio scilicet ex
casu, id est, morte in tabulis Novi Instrumenti audit. Exinde ita-
que elicio, quod, cum Spiritus Sanctus absque ratione hanc vo-
cem ad designandam mortem, quæ rupi salutis à Jeschurune ali-
quando erat inferenda, non adhibuerit, nihil aliud eadem insi-
nuare voluerit, quam quod quidem Jeschurun rupem salutis suæ post
varias machinationes in casum ipsius directas, ipsa tandem morte
esset affecturus, non tamen alia morte, quam quæ non nisi casus sive
lapsus esset futura, & in qua Messias minime esset permanens, sed
ex qua tertio die, postquam cecidisset, & ad ima usque terræ visce-
ra depressus jacuisset, gloriose esset resurrecturus. Quippe, petra
salutis non erat pervertenda, nec anima ipsius linquenda in sepulchro, nec san-
ctus debebat videre corruptionem. Psal. XVI. 8. 10. Dixi, quod sensi,
quam potui brevissime, verbum nunc amplius non additur, ne

eiusmodi meditationibus nimium cogitationibus frena laxare videar.

§. XVII.

Antequam tamen plane manum meam de tabula tollam, unita adhuc diluenda erit difficultas, quam contra hactenus disputata moveri posse, facile prævideo. Scilicet; diceret aliquis, multas quidem notiones **נָבָל** me hec coarcervasse, easque quoque textui applicare studuisse, sed credibile non esse, eas omnes à Spiritu Sancto fuisse intentas, cum sensus verborum Sacrae Scripturae sit simplicissimus & non nisi unicus, cumque alioquin, si ita in Sacram Scripturam grassari liceret, non solum multum inde detrimenti auctoritas ejus & perspicuitas esset passura, sed nec ipsi de vero S. Scriptura sensu certi amplius esse possemus. Verum ut paucis huic Objectioni satisfiat, respondeo (α) plurima in Sacris pandectis occurtere loca, in quibus ob voces ambiguas & obscuras certus sensus apodictice monstrari non possit. Nihil inde Scripturarum auctoritati, perspicuitati & certitudini decedit. Voces enim & orationes, si quæ videntur ambiguæ & obscuræ, tales sunt non ratione Dei, qui illas dictavit, nec respectu ipsius Scripturae, quæ est vox Dei, sed respectu nostri, qui aut studio pigri, aut illuminatione debita destituti, longe plurima ingeniole nostro non assequimur. (β) Neutquam Sacrae Scripturæ auctoritas, perspicuitas & certitudo labefactatur, si varias loco alicui affingamus interpretationes, modo analogia fidei sint congruae & textui conformes. Eleganter in hanc rem AUGUSTINUS Lib. III. de doct. Christ. Cap. 27. quando ex iisdem scripture verbis, non unum aliiquid, sed duo vel plura sentiuntur, etiam si latet, quid senserit ille qui scripsit, nihil periculi est, si quodlibet eorum conguere veritati ex aliis locis sanctarum scripturarum doceri potest, id tamen eo cavente, qui divina scrutatur eloqia, ut ad voluntatem perveniatur Auctoris, per quem scripturam illam sanctus operatus est spiritus: sive haec assequatur, sive aliam sententiam de illis verbis, quæ fidei recte non refragatur, exsculpat, testimonium habens à quoque alio divinorum eloquiorum. Id vero an observaverim, aliis dijudicandum relinquo. (γ) Sit sensus Sacrae Scripturae simplicissimus, proprius & unicus à Spiritu Sancto intentus, quis diceret nos plures loco nostro assignare sensus, quando varias radicis **נָבָל** notiones eruimus, easque textui nostro applicamus? annon omnes ad passiones Mel-

siæ quasi ad centrum redeunt? quid repugnat affirmare, eas omnes simul à Spiritu Sancto fuisse intentas? annon inde majestas styli sacri potius extollitur, quando affirmamus, ejus eam esse naturam, ut una voce tot significatibus foeta tantam rerum copiam possit ob oculos ponere, quæ in aliis linguis nonnisi pluribus exprimi possunt? Annon Spiritus S. potius studio videtur tales tam variante significatione gaudentes voces adhibuisse, ut nobis occasionem præberet, sedula attentione easdem eruendi & ruminandi? Concludimus igitur, varias illas interpretationes, quas attulimus, omnes in pericopa nostra locum habere posse, omnes & analogiæ fidei & contextui verborum esse conformes, nec plures inde sensus emergere, quam ex versione Megalandri LUTHERI, aliorumque *כָל* per vilipendit reddentium. Omnes enim ad hoc probandum concurrunt, Jeschurunem rupem salutis sue vilipendisse, idque variis modis, machinationibus, dolis, contemptu, opprobriis, profanatione, impuritate, illusione, & tandem ipso crucis supplicio ipsi intentato demonstrasse. J. Q. E. D.

T A N T U M,




COROL:

COROLLARIA.

- i. **A**theos non agnoscimus.
 2. Receptam nominis יהוה lectionem tuemur.
 3. An nomen אלוהם ab Arab. אל coluit, an vero hoc ab illo descendat, in medio relinquimus.
 4. Justitia vindicativa Deo est naturalis.
 5. Omnipræsentia Dei non extenditur ultra universum.
 6. παλευθερία contradictionem involvit.
 7. Possibilem mundi æternitatem negamus.
 8. Opera 6. dierum successiva sunt producta.
 9. Ad foedus operum adstruendum firmissimum argumentum peti potest ex Hof. VI. 7.
 10. *Manipulus paschalis* Lev. XXIII. 10. seqq. typus fuit Christi per passiones consummati.
 - ii. Circa determinationem temporis offerendi hujus manipuli מחרת השבת à partibus Rabbanitarum stamus.
 12. Ex hordeo eum constitisse, verissima Judæorum est traditio.
 13. מכרותיהם Gen. XLIX. 5. *consultationes, pactiones* ex Etiop. בכר consultavit, vel *fraudes eorum ex Arab.* fallere, circumvenire, significare potest.
 14. Vocem צבאות 2 Chron. III. 10. LXX. Interpretes non absque fundamento per ἐν ξύλων expresserunt.
 15. ὄυροταλ idolum Arabum ex columnâ nubis & ignis videtur effictum.
 16. Hallucinatur SUIDAS, quando Δυσδέης نو المثلث per Deum Martem interpretatur.
 17. Fabulam de *Jovis Diphthera* ex libris, qui Deo in sa-
cris assignantur, consarcinatam esse, probabile est.
-
- P. 7. lin. ult. pro §. 5. lege §. 4. p. 14. lin. 16. post دوور لفظ. infere

¶ : ☺ : §



Fd 2082

ULB Halle
004 222 318

3



sb.

B.I.G.

Black
3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



ישׁוּרָן

31

מִנְבֵּל צֹדֶר יְשֻׁוּטָה

Sive

DISSERTATIO THEOLOGICO-PHILOLOGICA
DE

JESCHURUNE

ejusque
in Rupem Salutis suæ Delicto,

ad
illustrandum locum DEUT. XXXII: 15.

que,
annuente summo Numine,

P R A E S I D E

VIRO admodum Reverendo atque Celeberrimo,

D. THEODORO HASAEO,

S.S. Th. Doct. & P.P.O. ad B. Virginis V.D.

Ministro facundissimo,

Societatis Regiae Scient. Berol. Membro dignissimo,

Publico συναληθεύεται εἰς αἰγάπην examini subjicietur

ab

A U C T O R E

JOANNE OLPIO,

Coronâ-Montium Montano,

Futuro die Jovis, postridie Calend. Novembr. H. L. Q. S.

Bremæ, Typis Hermanni Christophori Jani, Illustr. Gymnasi Typogr. 1730.

C. Michaelis et pl. s.
Franc.